De Quatuor Virtutibus

St. Augustin.

Augustini sermo [illegible] karitatis et de fructibus [illegible] sermones uero de [illegible] de catechizando, de [illegible] [illegible] contra felicianum arrianum

INCIPIT LIBER ALIUS SC̄I AUGUSTINI DE (IIII) QUATTUOR UIRTUTIB; KARITATIS

Desideriū karitatiſ uр̄ae anob exigit debitū ſermoniſ officiū: ſed tanta ſunt quae terreant & reuocent animū nr̄m· ut ſi uelim parere deſiderio uр̄o: non ſit ſine periculo noſtro· Primum quod iuuenis loqui cogar p̄ſentib; ſenibuſ· deinde temerariū eſſe arbitror· loquelle imperitiam inter eoſ quoſ roborauit antiqua doctrina· Optabam ergo ſilentio preterire· & illum locum tutiſſimum eligere· audire potiuſ quam aliquid dicere· Sed quid facio? inſtat ueſter amor· reuocat nr̄ pudor· cogit ſc̄oꝝ patrū iuſſio· Aquibuſ ſi uelim obſecranſ ueniā petere dicenſ· ignoſcite ſc̄i patreſ ignoſcite· parcite nr̄ae uerecundiae· parcitąe nr̄ae aetati· maxime cū recolā uobiſ fuiſſe preceptū· loquimini ſeniores decet enī uoſ· ipſi ſc̄ā karitate qua p̄ualent· reſpondebunt mihi· Loquere iuuenis· delectat enī noſ· Quibuſ ſi repetam· ſc̄i patreſ quid loquar? rurſuſ mihi reſpondebunt; quod anobiſ ſepe audiſti· Memento fili quia abinfantia ſacraſ litteraſ didiciſti· Sed nec uobiſ excuſatuſ eſſe potero· quorum corda iſta me ſua uoce pulſabunt· Quid metuiſ proferre ūbū? Si aetaſ reuocat· pauluſ timotheo iuueni precipiebat dicenſ· Nemo adoleſcentiā tuam contempnat· predica uerbū· Si ſermo deeſt· pete & accipieſ· Non enim uoſ eſtiſ qui loquimini· ſed quod donatur uobiſ hoc miniſtratiſ nobiſ· hiſ coartatuſ anguſtiiſ· quo me conferam niſi adſc̄ā ueſtigia karitatiſ· eamq; deprecer utdonet mihi aliquid dignū deſe dicere· quod & meū ſuppleat miniſteriū· & urm̄ ſatiet deſideriū?

587

Inter ceteraſ uirtuteſ eiuſ karitatiſ quaſ cōmemorat apoſtolu
paulus quod karitaſ non emulatur· non agit ꝑperā· non
irritatur· non cogitat malū & cetera· in ultimo quattuor eiuſ
uirtuteſ breuiter comprehendit dicenſ· Omīa tolerat· omīa
credit· omīa ſpat· omīa ſuſtinet· Karitaſ numquā excidit· Ex hiſ
igitur quattuor uirtutib; ſcāe karitatiſ loqui conuenit ſcitati
urāe· delectatq; primituſ intueri quēadmodū uelut
quattuor cardineſ orbiſ totū continenſ poſſiderit mundū·
Requiramuſ igitur ſi placet aliquoꝝ exempla ſcōꝝ· eorum
ſcilicet qui hiſ uirtutibuſ ſcāe karitatiſ poſſeſſi ſunt· & eiſ ita
ſingulis ſingulaſ tribuamꝰ· ut omīſ in omīb; eſſe noſcamuſ· Qm̄
omīſ qui pie tolerat recte credit· Et omīſ qui recte credit·
aliquid ſperat· Et qui ſpat· ſuſtinet ne a b ſpe cadat· Sed
iam qui nam iſti ſunt uideamuſ· quorū fidē in quantū
deſuꝑ adiuuamur aſſequi ualeamuſ· Virtuſ karitatiſ quae
omīa tolerat· eminuit in ſcō noe· Quae omīa credit· in ſcō
abrahā· Quae omīa ſpat· in patribuſ nrīſ· id eſt in popło iſrł·
unde ipſe nr̄ exortuſ eſt dn̄ſ· Quae omīa ſuſtinet· in ipſo capite
dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o qui eſt uera karitaſ quae nūquā cadit·
Nec ceteroſ ſcōſ ab hiſ uirtutibuſ urā karitaſ deputet alieno
quoſ pro breuitate temporiſ & pro ſermone ſuſcepto ita preter
miſſoſ eſſe cognoſcite· ut tamen certiſſime noueritiſ omneſ
eſſe in xp̄o· & in omnib; xp̄m· Sed iam uideamuſ quēadmo
dum ſcſ noe poſſederit· ut poſſeſſuſ ſit uirtute karitatiſ·
quae omnia tolerat· Predixit ei dſ· quod iniquitate homin
creſcente· diluuio ꝑderet mundū· Statim ille admonituſ
confugit ad lignū· & poſt camporū amoenoꝝ faciē· anguſtiiſ
ſe recludit archae· Tolerat celi fremitū· ſonitū aquarum·

fragoreſ nimborũ. Et poſt iſta omĩa qui ſolet gaudere conſortio
hominũ: ſociuſ quodã modo efficitur ſerpentiũ ac ferarum. Nec
expaueſcit uir iſte quod cũ eo ſunt feræ inarcha. Immo ibi agnoſ
agnoſcit ordinem ſuũ feritaſ: quia ſe cognouit humanitaſ.
Et iubenti homini oboediunt: quia hominem ſuperiori dño
oboediſſe cognoſcunt. Oſtenſum eſt innoe quid adam præceptum
contempnendo pdiderit. & demonſtratũ eſt poſſe homineſ beſtiiſ
etiã dñari ſi ſubdantur oboedientia conditori. Expectat & tolerat
ſcſ iſte finẽ diluuii. nec antequã finiatur: cauſa ferarũ archa
relinquitur. Tolerat bonuſ mala. & donec infine etiã corpore
ſeparentur: intuſ manenſ corde non corpore ſeparatur.
Si qua eſ anima quæ cupiſ poſſidere uirtutem karitatiſ
quæ omnia tolerat: relinque mundum. confuge adcruciſ
lignũ. non metuaſ pcellaſ & turbineſ huiuſ diluuii. non
mergeriſ: ſi ligno portaberiſ. Nouit gubnare: qui dignatuſ
eſt creare. Tantum adſit uirtuſ karitatiſ quæ omĩa tolerat.
nulla reſ te abarchae ſoliditate euellet. Pmane bonuſ:
& tolera maloſ. Meliuſ eſt enĩ ut intuſ poſituſ propt bonoſ
tolereſ maloſ: quã foraſ exienſ & perienſ. & bonoſ relinquaſ
& maloſ. Si ergo ſunt tecum feræ. ideſt ſi ſunt tecũ inæcclia
praua docenteſ. falſa ſentienteſ heretici uel ſciſmatici. aut
etiam ipſi mali katholici. more ferarum animaſ deuorare
querentium: tolerentur uſq; adfinem ſeculi. tamquã finẽ
diluuii. Rugiant licet. fremant dentibuſ. atq; ipſã archam
confringere conentur: non expaueſcaſ. finito diluuio: illoſ
rapiet inaniſ ac ſpinoſa ſilua. te fertiliſ ſuſcipiet terra. Poſt
finẽ ſcli impii rapientur adtenebraſ exterioreſ ubi eſt fletuſ
& ſtridordentiũ: pioſ ſuſcipiet terra uiuentiũ. Nam & ipſe ſcſ

noe poſt finē diluuii obtulit ſacrificiū dō· ſed de animalibuſ mun-
diſ· non de inmundiſ· Simul enim & munda &iā & inmunda
animalia natare potuerunt inarcha· ſed mali adſacrificiū
dei non ꝑuenerunt· Sed iam hinc aliquando tranſeamuſ·
utcętera ꝑſcrutari ualeamuſ· Procedat inmediū ſcſ ille abraham
& ſuo noſ doceat exemplo poſſidere uirtutem Karitatiſ quae
omnia credit· Qui non eſt cunctatuſ adunam uocationem
relinquere patriā· ſedem· domū· familiam· Omnia relinquuntur
utdn̄o precipienti pareatur· Exi inquit ei deuſ dedomo
tua & decognatione tua· & ueni interram quācumq; tibi
oſtendero· Nec apud ſe iſte ſcſ cogitauit aut dix̄· quo eam· cui
me committam· inquā terram uadam· ſed ſtatim utaudit·
ſurgit· currit· feſtinat· accelerat· terram repromiſſioniſ non
uidet ſed credendo eam firmit̄ retinet· Ambulat recto itinere·
nec oberrantibuſ ueſtigiiſ alibi quam debuit declinauit· quia
qui eum adignotā terrā mittebat· ipſe qui mittebat· non
dimittebat· Nec eū ipſe fefellit· redditur merceſ credenti·
adterrā ꝑuenit· dilatatur· multiplicatur· expaupe efficitur
diueſ· exignobili potenſ· ditatur omnibuſ boniſ· & inillo implet̄
qđ dominuſ ineuuangl̄io ſuiſ diſcipuliſ ꝓmiſit dicenſ· Si quiſ
dimiſerit domū· aut agrū· aut parenteſ cauſa nominiſ mei·
& inhac uita centuplū accipiet· & infuturo ſeculo uitam
conſequetur ęternam· Cumulatur adhuc huiuſ fidei merceſ·
& ſeni ꝓmittitur filiuſ· Adeſt uirtuſ Karitatiſ quę omnia credit·
audit· exultat· ampliuſ diligit· Suſcipit filiū exconiuge ſterili· quā
ſpe pariendi deſtitutā ſterelitaſ aetaſq; iam fecerat· atq; inillo
benedictionē omniū gentiū ꝓmiſſam firmiſſime tenet· Sed adhuc
eum Karitaſ probat· ꝓbatūq; commendat· & quēadmodū nihil dō

preferat: posteris monstrat. Vocat eū dominus decaelo dicens.
Abraham abrahã. Et ille tamquã seruus oboediens. ecce sum ait.
& dominus. Accipe filiũ tuũ quem diligis isaac. & uade interrã
excelsam. & offeres eum holochaustũ inuno montiũ quem
monstrauero tibi. Nec hac quidē iussione turbatur aut frangit̃
seruus fidelis. Adest enī ei uirtus karitatis quae omnia credit.
Surgit: domū ꝑgit: asinam sternit: ligna concidit: gladiū & ignē
sumit: puerū simul adducit. & ꝑgit adlocum. Tunc intentus
factus isaac patrem interrogat dicens. Pat̃. Et ille. Quid est fili.
Et filius. Ecce ait ignis & ligna: ubi est ouis adholochaustũ quã
immolaturus es. & pat̃ respondit. ds̄ prouidebit sibi ouē adsacri
ficium fili mi. Magnũ hic & grande uideo sacramentũ. Aliud
abraham corde gestabat. aliud filio promittebat. Sed neque
quae ꝑmittebat filium fallebant. neque aliqua infirmitas cor
eius aposito immutauerat. Quid pluribus. ꝑgit uiã. uidet locũ
delonge. & statuens pueros suos ibi eis talia uerba profert dicens.
Sedete hic cum asina. ego aut̃ & puer ibimus usq; illuc. & cū adora
uerimus reuertemur aduos. O s̄ce abraham. quid est quod dicis.
cum aliud tibi depuero agendū sit. Nūquid aut te. aut tuos
fallis. Non inquit. Sed quae ꝓphetice uel dico uel gero. uirtus
karitatis inme manens quae omnia credit. & facit. & dicit.
Audio enī eam sine strepitu uocis. intus adcor loquentē & dicentē
mihi. Tu quidē licet resurrecturū credens pleno & ꝑfecto uoto
puerū ducas immolandū. filius tuus inisto sacrificio n̄ crematur.
quia resurrectio filio dei seruatur. Merito abrae huius uiri fidē
cōmemorans iacobus ap̄ts. ait. Credidit abraham deo. & deputatū
est illi adiustitiā. & amicus dei appellatus est. Amicos utnouimus.
coniunctio animorum facit. Unde quidã sapiens hui⁹ mundi ait.

Idem uelle atq; idem nolle· ea demū firma amicitia est· Ergo amicos
ut nouimus coniunctio animorū facit· Quēadmodū iste sc̄s coniun
xerit animū dō· ut eius amicus appellaretur· uultis nosse? sicut
enim deus pat̄ unico filio non pepercit sed pro nobis om̄ib; tradidit
illū· ita & iste unico filio non pepercit· sed iubente ut immolaretur
ei qui dederat eū de toto corde obtulit eū· Sed quae sequuntur
uideamus· Delectat enī nos adiuuante dño dō nr̄o huius historię
plenā uobis reddere notionē· Postquā relictis pueris ad locum
sacrificii pater cū filio uenit· arā construit· ligna cōponit·
manus filio ligat· imponit eū in ara supra ligna· deponit
humana paternae pietatis indicia· induit sacerdotis dirā con
stantiā· educit gladiū ut perimat filiū· Quid uidetis fr̄es?
nihil hic sentiamus humanū· quia totum cognoscimus diuinum·
Sed & ille filius qui paulo ante ouē requirebat· sub ingenti silentio
talia in se fieri sentit· & ita patiens inuenitur tamquā iam ille
eēt· qui sicut ouis ad immolandū ductus ē· & tāquā agnus corā
tondente se sine uoce sic non apuit os suū· O & tu scē isaac indica
nobis silentii huius tui tam grande secretū· Paulo ante nihil
in te fieri sentiebas· & a patre arietē requirebas· Nunc autē manib;
ligaris· in aram imponeris· ligno quodam modo suspenderis· & tm̄
taces? Taceo inquit· Dic quare? obsecro nouerim· Vultis nosse
ait quare modo taceo? Quia figuram illius gesto· qui uoluntate
ponit animā suam· non necessitate· In hoc tam grandi mystico
fidei sacramento & abraam sc̄s apparuit p̄batus· & filius in p̄senti
est libatus· in quo xp̄s est praenuntiatus· Si qua es anima quę cupis
sequi uestigia fidei pr̄is nr̄i abraam· exi de terra tua & de cogna
tione tua· relinque poplm tuū & domū patris tui· id ē· fidelit̄
renuntia diabolo pōpis & angl̄is eius· & sequere uiam rectam quae

te pducat adterrā inqua ditescas & emineas. & efficiaris socius abrahę.
Sed cū ista omīa feceris. si uirtus karitatis quę omīa credit est inte.
adhuc temptabit te. & pbatū coronabit te. Expetit ate sacrificium
dilecti tui. Quid ate expetit? quod abrahā illi dictū est. Da mihi
unicū dilectū tuū. Tibi dicit sapientia. Da mihi fili cor tuum.
Ipse est dilectus unicus. Quid metuis offerre cor tuū? Offer sacrifi
ciū contritionē cordis dn̄o deo tuo. & dic cū ppha. holocaustis
non delectaberis. Sacrificiū deo spiritus contritus. cor contritum
& humiliatū deus non despiciet. Nihil metuas tali sacrificio oblato.
& tibi acceptū erit. & quod obtuleris. integrum pmanebit. Aliam
uirtutē karitatis quę omīa spat. placet inspicere. Hanc supius plebi
isrt & patrib; nr̄is adsignasse cognoscimur. Cuius namque uirtutis
uox est. inuersu illo pphetico. Inte spauer̄ patres nr̄i. spauer̄ & libasti
eos. Et ipsi exegypto fugere iubentur. t̄ra eis lac & mel fluens
pmittitur. pmare rubrū transeunt. adheremū ueniunt. Ducebat
eos spes karitatis. utdiscerent prius dm̄ amare gratis. redditur & his
merces fidei. Non enī potest non reddere. qui se donando dignat̄
facere debitorē. Post heremū mella depetra suxer̄. panē cęli mandu
cauer̄. non sunt priuati adesiderio suo. Quod spauer̄. terrā & iā pmissi
onis acceper̄. Exurgat anima quę huius karitatis uirtute conphensa
est. & fugiat exegypto. idest huius seculi desiderio. Pgat admare rubrū.
scilicet xp̄i baptismū. Ideo rubrū. quia xp̄i sanguine purpuratum.
Psequantur hostes peccata cum suo diabolo auctore. tamquā egyptii
cū suo rege pharaone. Seuiant. sequantur fugientes. Quid metuis?
usq; adaquā seuiunt. Ingredieris tu. ingredientur & illi post te. Sed
aqua conuersa illis erit inpniciē. tibi proficit adsalutē. Illos obruet.
te abluet. Illos damnabit. te libabit. Post hęc suscipies mel depetra.
quo sitim tuam saties. Petra enī erat xp̄s. execuius preceptis tamquam

exſonabuſ dulcedinıſ ſatıerıſ · Guſtabiſ & panē · illũ ſcilicet qui dixit ·
Ego ſũ paniſ uiuuſ qui decaelo deſcendi · Guſtabiſ · & uidebiſ quã ſuauiſ
eſt dominuſ · & ſi inte eminet uirtuſ karitatiſ quae om̃ia ſpat · per
haeremũ te neceſſe · ē · tranſire · id ut utariſ hoc mundo tamquã non utenſ.
ut inhac uia pegrinũ te noueriſ · eē · ſi terrã pmiſſioniſ cupiſ intrare ·
Haec terra eſt dequa ppħa cantat · & dicit · Credo uidere bona domini
interra uiuentiũ · Vltima uirtuſ karitatiſ reſtat · quae om̃ia ſuſtinet ·
& numquã cadit · Hanc ipſam capiti noſtro dño ihu xp̄o conuenire
nouimuſ · ideo inultimo qm̃ finiſ legiſ xp̄ſ · Quanta aut̄ pnobiſ ipſe
ſuſtinuerit · puto karitatē urãm ignorare non poſſe · Tam̃ · exinde
aliquid dicã · Si tam̃ detanto aliquid digne dicã · priuſ illud quod dſ
homo · quod uerbũ caro factũ eſt · quod multa bona fecit · & mala ppeſſuſ
eſt · Quod mortuoſ ſuſcitauit · & mortuuſ eſt · Quod ſingularis illa patientia
ptulit diabolũ temptatorē · diſcipulũ traditorē · Quod ipſũ iudã priuſq
oſtenderet traditorē · ptulit furē · & ante expimentũ uinculoꝝ cruciſ
ac mortiſ · labiiſ eiuſ doloſiſ non negauit oſculũ paciſ · Inipſa autem
morte quanta ſuſtinuit · ptulit odiorũ flammaſ · miniſtraſ peſſimi cordiſ
linguaſ · clamauerunt iudei crucifigite · crucifigite · Vtrei remanerent
iudei · innocenſ abeiſ crucifixuſ eſt filiuſ dei · Adcrucē ducitur · expal
matur · qui eſt uera palma uictorię · Spiniſ coronatur · qui ſpinaſ peccatoꝝ
uenit confringere · Ligatur · qui ſoluit compeditoſ · Ligno ſuſpendit̄ ·
qui erigit eliſoſ · Aceto potatur · fonſ uitae · diſciplina cęditur · ſaluſ uul
neratur · uita moritur · Occidit adtempuſ uitã morſ · ut inppetuo auita
occideretur morſ · Quid hic iudei inhac morte xp̄i exultauer̄ quaſi
uictoreſ · & dũ terrenũ & caducũ regnũ timuerunt pdere · regē caeli &
terrae non dubitauer̄ occidere · Sed nec ſic̄ putauerunt uictoreſ ex
titerunt · Si enĩ uicer̄ regnũ quomodo pdiderunt · quom̄ nunc uſq;
ſerui remanſerunt · Iſta namq; cauſa eſt · qua abeiſ xp̄ſ occiſuſ eſt ·

Dixeruntque apud se principes iudeorũ: ut euangelista narrat. Videtis
inquiunt quia totus mundus abiit post ihm. Si dimiserimus illũ uiuere.
uenient romani & tollent nobis & locũ & regnũ. & xpm occiderunt.
& locum & regnum pdiderunt. Quid uobis profuit o insani iudei. quod
tantum scelus admisistis? Numquid quia xpo dño ut decuit seruire
noluistis. ideo eius dño caruistis. dum illi seruiunt reges quib; uos
seruitis? Facti estis mali serui. bonorũ seruorũ xpi. P ipsos conterit
contumaciã uñm. p ipsos dissipat consilia uña. p ipsos retribuet
scelera uña in capita uña. Ipse autem dominus quem uos interemistis.
non uos seruos sed liberos ee. cupiebat. quando docebat. Si uos filius
libauerit. tunc uere liberi eritis. Vos autẽ dñi dñm regẽ & ipsã uerã
libtatẽ non solũ repudiastis. uerũ etiã necare cupientes clamastis.
Non habemus regẽ nisi solũ caesarem. Sed ne in hoc quidẽ gloriemini
quod xpm occidistis. actum est potius de uobis & nescistis. Audite dñm
ipsum dicentẽ p prophetam. Ego dormiui & somnũ cepi. Somnum
appellans. mortem a uobis illatam. Ceterũ qualis mors potuit esse tri
duana. maxime illius qui p eundẽ pphetam alio loco dicit. Numquid qui
dormit non adiciet ut resurgat? Ego inquit dormiui. ego qui potestatẽ
habeo ponendi animã meam. ego dormiui. Non quia seuistis. non quia
insanistis. Ego impleui quod uolui: uos in scelere remansistis. Quis exegit
tanta ista de deo nro fres. p nr̃a redemptione ac salute. nisi karitas
quae numquã cadit? O karitas quã magnas uires habes. De caelo
dñm deposuisti. O cara sanitas. O scã & uera karitas. Quae tanta es in
terris. quanta eris in caelis? Quae tantũ potes in hac pugna mortalitatis
adhuc sollicita. quantũ poteris in illa pace pfecta secura? Euigila itaq;
omnis anima xpiana. & si inte eminet uirtus karitatis quae omnia
sustinet. dñi tui imitare uestigia. Xps enim ait apls petrus pro
uobis passus est. relinquens uob exemplũ: ut sequamini uestigia ei'

Et ſi ille propter te de cęleſti ſede ad terrena deſcendit: tu ꝓpter te fuge t̃rena·
appete cęleſtia· Si dulciſ eſt munduſ: dulcior eſt xp̄ſ· Si amaruſ ē· munduſ·
omnia pro te ſuſtinuit xp̄ſ· Uia tibi factuſ eſt ipſe ſaluator· Surge· ambula·
habeſ quo· noli pigreſcere· Sed forte quęriſ: quo· Videſ enim uiā· & queriſ quo
ducat:· Hęc ipſa uia: ad ueritatē & ad uitā ducit· Si amaſ ueritatē· ſi deſideraſ
uitā· & cupiſ ad ueritatē & ad uitā uenire: uia noli errare· Video inquiſ
uiam & cupio ambulare· ſed amara· ē· aſpera eſt· Arta enim & anguſta
uia eſt: quae ducit ad uitam· Xp̄ſ tranſiuit & adhuc aſpera eſt:· Caput
tranſiit· & membra dubitant:· Sed xp̄ſ inquiſ dſ̄ & homo: ego aūt homo·
Tot milia martyrū tranſierunt· & adhuc aſpera eſt tibi:· tranſierunt
ſeneſ· tranſierunt iuueneſ· tranſierunt pueri· puellę tranſierunt· uiam
quam timebaſ tritam tibi fecerunt· Ambula ergo uiam· ſecuruſ ambula·
Quid enim metuiſ in hac uia mortē· & mortem timeſ qui ad uitā curriſ:
Si bonuſ bene in hac uia curriſ: morſ tibi ianua erit quę te repreſentet·
non quę auferat uitae· Ambula ergo uiam· immo ipſe qui propt̃ te
factuſ eſt uia: ipſe te ducat per ſe ipſum ad ſe ipſum· Ipſe eſt enim uia:
ueritaſ & uita· Dic ergo deo tuo o anima fideliſ & pia: dic dic ſecura:
dic· & cum propħa ueraciter exclama· Deduc me dn̄e in uia tua·
& ambulabo in ueritate tua· Tunc ad te ſecuruſ ꝑueniā:· ſi in finem
uſq; tua gratia non deſerar· Hęc fr̄eſ dilectiſſimi quę dono ipſiuſ
karitatiſ dicta ſunt ſc̄itati ur̄ę· ita hereant cordibuſ & ſenſibuſ ueſtriſ·
ut eadem ipſa karitaſ fructum in uobiſ inueniat opiſ· n̄ folia laudiſ·

EXPLIC̄ DE CARITATE INCIPIT DE CANTICO NOVO

Om̄iſ qui babtiſmū xp̄i deſiderat: uitam nouā concupiſcit·
Tranſeat ergo a uetuſtate· ut ꝑueniat ad nouitatem· Priuſ enī fuit
teſtamentū uetuſ· canticū uetuſ· homo uetuſ; Nunc autem
teſtamentum nouum· canticum nouum: ꝓpter hominē nouum·
Demonſtremuſ hoc quod dicimuſ: teſtimoniſ ſc̄arū ſcripturarum·

hieremias propħa· ecce inquit dies ueniunt dicit dn̄s· & consūmabo super·
domum iuda testamentum nouum· Dauid quoq; propheta· Deus
canticum nouum cantabo tibi· & iterum· Cantate domino canticū
nouum· Apostolus etiam paulus· expoliantes inquit uos ueterem
hominem· induite nouum· & alibi· Vetera transierunt· ecce facta sunt
noua· Quae uetera transierunt quae facta sunt noua· si adsit spiritalis
auditor· non solum intelligit· uerum etiam uidet quae facta s̄ noua·
Si aūt carnalis adsit qui totum poculos carnis nihil ꝑaciem mentis intelli
git· irridens respondet· Rogo te dic quae facta sunt noua· Numquid aliud
caelum respicio quam antea· aut sidera innouum splendorē micantia·
Nonne eisdem cursibus sol peragit diem· eisdem curriculis luna peragit
noctem· Numquid mare terminos suos finesq; transgressum ē· aut
terrae facies immutata est· & alia insolita germina procreauit·
Nonne sic̄ exinitio horis duodecim ꝑagitur dies· eisdemq; incrementis
ꝑaestatis tempus· quibus detrimentis hieme ꝑaguntur· Progenies
quoque ipse mortaliū aliis decedentibus aliis succedentibus t̄minatos
finiunt dies· Cum ergo omnia sicut exinitio constituta sunt ita con
currunt suos motus finesq; seruantes· quid est quod nobis predicatur·
uetera transierunt ecce facta sunt noua· Responde o apostole talia
talia de nobis requirenti· Et quia minus ualeo adexponendū· te obsecro
responde prome· Ecce audi apostolum· Quid quaeris carnalis auditor
per oculos carnis respicere· Erige mentis aciem· ut quod dicitur possis
intelligere· uetera transierunt· ecce facta sunt noua· Quae uetera transier·
quae facta sunt noua· Primus homo inquit deterra terrenus· secundus
homo decaelo caelestis· Transiit adam homo uetus exlimo· uenit xp̄s
deus homo missus ecaelo· Transiit uetustas mentium· accessit nouitas cre
dentium· Transiit uita carnalis· successit spiritalis· An parua est nouitas
haec ita demonstrata ꝑ hominē dm̄· ut moriendo susciperet uetustatem

tuam· reſurgendo oſtenderet nouitatem tuam· aſcendendo firmaret
claritatem tuam. Vetera tranſierunt· Quae uetera tranſierunt.
quod eratiſ filii adam filii carnaleſ· Noua acceſſerunt· Quae noua.
quod efficimini filii dei· filii ſpiritaleſ· Vetera tranſierunt· Terra eratiſ·
Ecce facta ſunt noua· c̨eli iam pene effecti eſtiſ· Caeli enim enarrant
gl̄am dei· non uobiſ impoſſibile uideatur quod cum ſitiſ terreſtreſ· efficimini
caeleſteſ· De terra non facit caelum· qui de nihilo fecit t̄ram & coelum.
Vetera tranſierunt· Lapideſ colebatiſ· Noua acceſſerunt· dn̄m uerum
adoratiſ· Vetera tranſierunt· tranſiit mortalitaſ· noua acceſſerunt pro
miſſa eſt inmortalitaſ· Vetera tranſierunt· perierat omiſ caro p mulierem·
ſimul cum uiro peccante· Noua acceſſerunt· reparata eſt caro ſine uiro
uirgine pariente· Vetera tranſierunt· tranſiit regio uetuſtatiſ· Noua
acceſſerunt· ſuccedit hieruſalem ciuitaſ c̨eleſtiſ nouitatiſ· Ad hanc
ciuitatem nouam peruenisse cupitiſ· qui nomina ueſtra conſcribenda
dediſtiſ· & iam fratreſ mei ardenter deſideremuſ propriam patriam·
peregrinationem iſtam quae noſ ab ea adhuc detinet toleremuſ non
amemuſ· feſtinemuſ tamen· non eſt quare hic ſtare· nec inuenis
in ſeculo quod iam poſſiſ amare· Ipſe enim amor parentū· coniugū·
filiorum· facultatum· aut magnum quibuſdam incuſſerunt laborē·
aut magnum pariunt timorem· Non eſt quare hic ſtare· Meliuſ
enim feſtinando appetimuſ ſempit̄na· quam hic remanendo ſeti
noſ apprehendat ruina· Praeparemuſ ſitarciam· apprehendamuſ
& aſcendamuſ nauem· fidem· ſimul & crucē· Nec deſit anchora ſpeſ
nr̄ae ſalutiſ· extendamuſ funeſ diuerſaſ uirtuteſ· uela karitatiſ collo
cemuſ· Inuocemuſ uentum pſpum uerbum dei· Exhauriamuſ
ſentinam a peccatiſ· p elemoſinaſ mundetur conſcientia· n̄ impediat
huiuſ nr̄i curſuſ nauigii· Operemur manibuſ· ut hoc poſſimuſ·
Manibuſ ſuiſ ſentinā exhauriebat· qui dicebat· Quaeſiui manibuſ

Sitarciam·
Nauem· anchora·
Funes· uela·
Ventum·
Sentinam·

meiſ coram eo nocte · & non ſim deceptuſ · Non neglīgamuſ nr̄a peccata ·
Minuta ſunt · ſed multa ſunt · Fluctuſ unuſ ualiduſ irruenſ obruit nauim ·
minaturq; naufragiū · humor autē perrimaſ influenſ & inſentinam
ueniens niſi ſubinde ſiccetur · hoc idem facit · Ergo exhauriatur
ſentina · non negligatur miſeꝛ̄ia · quia elemoſina amorte liberat ·
& ipſa purgat peccata · Adſit nr̄a tutela xp̄i gratia · celeuma nr̄m dulce
cantemuſ alleluia · ut leti ac ſecuri ingrediamur ſempit̄nā ac feliciſ
ſimam patriam · Non metuat anima mare hoc magnū · ſaeculum
ſcilicet cuiuſ fluctuſ ac turbineſ ſentimuſ inimicaſ ſaeculi poteſtateſ ·
Inde eo ſpantes · multi iam ſc̄i hoſ fluctuſ ſpreuer̄ · multi calcauerunt ·
multi ſup̄ eiuſ aquaſ ambulanteſ ſecuri adpatriam p̄uenerunt · Sed
& ſurgit uentuſ ualiduſ & magna tempeſtaſ · ſua cuiuſq; cupiditaſ ·
Titubat fideſ inmari · clamet inte petruſ · dn̄e pereo · dabit manū
mergenti · nec ſinit perire ille qui propter noſ ſup̄ aquaſ dignatuſ ē
ambulare · Vide ap̄ſm paulū hoc nauigium non ſolum de
monſtrantē uerum &iam aſcendentē · & quā plurimoſ inuitantē ·
Quando dicebat · habenteſ uictum & tegumentum hiſ contenti ſimuſ ·
quid aliud quam competentem ſitarciam imponendam ee̅ · monſtrabat ·
Quando dicebat mihi abſit gloriari · niſi incruce dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i · p̄quē
mihi munduſ crucifixuſ eſt & ego mundo · nauim aſcendebat · Quando
dicebat induite uoſ ſicut electi dei · benignitate · humilitate · manſuetu
dine · quid aliud quā funeſ extendebat · Quando dicebat · manet fideſ
ſpeſ karitaſ · maior horum karitaſ · uela locabat · Quando dicebat
uerbum dei habitet inuobiſ habundanter · uentum proſp̄um inuocabat ·
Quando dicebat infatigabileſ itaq; dum tempuſ habemuſ operemur
bonum ad om̄ſ · & op̄anteſ p̄priſ manibuſ u̅r̄iſ · quid aliud quam
ſentinam exhaurire praecipiebat · Quando dicebat gratia ſalui facti
eſtiſ · tutelam exorabat · Quando dicebat · inpſalmiſ · & hymniſ cantanteſ

Tutela · ſiue gub̄nator · celeumā ·

cordibus uestris domino· celeuma sanctum docebat et dicebat· Quando dicebat spe
salui facti sumus· anchoram incordibus credentium figebat· Quando dicebat
hierusalem quae sursum est libera est quae mater nostra· ipsam patriam
demonstrabat· Quando dicebat ubi est mors contentio tua· gratias deo qui
dedit nobis uictoriam per dominum nostrum ihesum christum· non adhuc inmari
periclitabatur· sed iam inpropria patria laetabatur· O optime gubernator·
o pulcherrime magister et doctor· Docuisti· fecisti· et ideo celeriter peruenisti·
quia quae docuisti prior ipse fecisti· Siquis forte ut adsolet refugit nauigium
et insolitos fluctus maris horrescit· desideratque iter conficere· quo et si
tardius adpatriam ualeat peruenire· demonstrabo uiam· immo ipsa de
monstrat uia· Ecce in euangelio clamat saluator· Ego sum uia·
Habes uiam· ambula· sollicitus tamen· doma iumentum tuum carnem
tuam· ipsi enim insidet anima tua· Quomodo si inhac uia mortali
iumento insideres qui te gestiendo uellet praecipitare· nonne ut securus
iter ageres cibaria ferocienti subtraheres· et fame domares quem freno
non posses· Caro nostra· iumentum nostrum est· Iter agimus inhierusalem·
Plerumque nos rapit· et de uia conatur excludere· Tale ergo iumentum·
cohibeamus ieiuniis· Vide illum gubernatorem. eundemque uiatorem
apostolum paulum· uide illum iumentum suum domantem· In fame inquit
et siti· inieiuniis sepius· castigo inquit corpus meum· et in seruitutem
redigo· Ita ergo et tu qui ambulare desideras· doma carnem tuam et
ambula· Ambulas enim· si amas· Non enim ad deum passibus· sed
affectibus currimus· Via ergo ista nostra· ambulantes quaerit·
Tria sunt hominum genera· quae odit· Remanentem· retro redeuntem·
aberrantem· Ab his tribus malis domino adiuuante uindicetur·
et defendatur gressus noster· Iam uero cum ambulantes sumus· alius
tardius ambulat· alius celerius ambulat· tamen ambulant· Excitandi
sunt ergo remanentes· retro redeuntes reuocandi· errantes inuiam

ducendi· Tardi exhortandi· celereſ imitandi· Qui non proficit· remanſit
in uia· Qui forte a meliore propoſito declinat· ad id quod deteriuſ reli-
querat· reuerſuſ retro· Qui fidem deſerit· a uia errauit· Cum tardiſ ſit
nobiſ & cum celerioribus ratio· cum ambulantibus tamen· Quiſ eſt qui
non proficit· qui ſe putauerit eſſe ſapientem· qui dixerit ſufficit mihi
quod ſum· qui non attenderit eum qui dicit quae retro oblituſ· in ea
quae ante ſunt extentuſ· ſecundum intentionem ſequor ad palmam uocationiſ
dei in xpo ihu· Currentem ſe dixit· ſequentem ſe dixit· Non remanſit·
non retro reſpexit· Abſit ut errauerit· quia uiam ipſam docebat· quam
& tenebat & oſtendebat· Celeritatem autem eiuſ ut imitaremur· ait·
Imitatoreſ mei eſtote ſicut & ego xpi· Arbitramur ergo noſ dilectiſſimi·
in uia uobiſcum ambulare· Si tardi ſumuſ praeuenite noſ· non inuidemus·
quaerimuſ quoſ ſequamur· Si autem noſ putatiſ celeriter ingredi·
currite nobiſcum· Unum eſt ad quod omneſ feſtinamuſ· & qui tardiuſ
& qui celeriuſ ambulamuſ· Qui ſunt & retro redeunteſ· qui ex con
tinentia reuertuntur in immunditiam· qui ex ſancto & ſingulari bono
propoſito uirginitatiſ· deuertuntur in turpitudineſ uoluptatiſ· et
corrupta mente· corrumpunt ſimul & carnem· Hoſ increpat petruſ
apoſtoluſ dicenſ· Meliuſ illiſ erat non cognoſcere uiam ſalutiſ· quam
cognoſcenteſ retro reſpicere· Uxor enim loth quae liberata a ſodomiſ
contra praeceptum retro reſpexit· quod euaſerat perdidit· Nec inmerito
in ſtatuam ſaliſ repente conuerſa eſt· niſi ut fatuoſ ſuo etiam exemplo
condiret· Qui ſunt & aberranteſ· omneſ heretici qui relicta ueritatiſ
uia errando per deſertum latrocinantur· & animaſ captant in peccatiſ·
praepediuntque· ne quiſ ad patriam ualeat peruenire· Effecti lupi ſemitarii·
induti ouina pelle· cum ſint intuſ lupi rapaceſ· Praedicanteſ xpm
uiam· & qui eoſ ſequuntur ducenteſ ad mortem· Hic ſi aliquiſ dicat
quid ego faciam non inuenio· ecce homo xpm praedicat· uiam praedicat·

xpi se dicit esse discipulum. ueritatem se dicit annuntiare; Quare non sequar talia praedicantem? Respondeo: quia aliud eius habet lingua. aliud conscientia. Unde noui inquis? Numquid ego conscientias discutere possum? xpm ab eo audio. Quod audio: hoc credo. hoc teneo. Non te seducat filius falsitatis: si filius es ueritatis. Disce iam xpiane qui xpm desideras: et audire et uidere. Siquis tibi xpm praedicat: attende et considera qualem praedicet. ubi praedicet. Xps enim ueritas est. per scripturas scas praedicatur. non in angulis. non occulte. sed palam. publice. In sole enim posuit tabernaculum suum. hoc est in manifesto collocauit aecclesiam suam. Iam hic respice illum qui tibi xpm praedicat dicat qualem xpm praedicet. Ecce hereticus manicheus qui per suam doctrinam promittit introducere in ueritatem: ipsum xpm dicit esse fallacem. Non habuit inquit uerum corpus. fantasma fuit. sps fuit. Et hoc in illo negat fuisse: iniquissimus manicheus. O pessime heretice manichee. Si credere non uis ueritatem dicentem discipulis suis palpate et uidete quia spiritus ossa et carnem non habet. sicut me uidetis habentem: si credere non uis ut dixi ueritati. iudeo crede crucifigenti. Nam cum tu dicis xps ds fuit non homo: iudeus dicit. Non fuit deus sed homo. Catholica utrosque conuincens: ego ait uerum teneo. quod xps et deus est et homo. Tu autem maniche unde probas xpm spm fuisse? spiritus alapas accepit? spineam spiritus coronam portauit? spiritus sibi crucem baiulauit? Si spiritus fuit: cuius uestimenta milites diuiserunt? Si spiritus fuit: quomodo cum traderet spiritum corpus eius prope dimidium diem exanime pependit in cruce? Si sps fuit: quomodo latus eius perforatum est lancea? quomodo susceptus est a ioseph sepeliendus? quomodo sepulchro est conditus? Omnia ista sps pati non potest. Sicut de eo antea per prophetas praedictum est: ita et factum. Erras tu nimis falsitas: in omnibus te superat ueritas

Audebit aliquis uestrum assignare sibi fidem. quando audit dominum
dicentem discipulis. Si haberetis fidem in me sicut granum sinapis: diceretis
arbori huic. eradicare et plantare in mari. et oboedisset uobis? Quis
sibi audebit assignare quod faciat omnia quae precepit deus?
nemo prorsus. nemo. Predicamus: et non facimus. Auditis: et facere
non curatis. Merito omnes sub flagello: et doctor et factor: et auditor
et contemptor. Studemus inuicem reprehendere: et non studemus
opera nostra discutere. Detrahit proximus proximo. Detrahit clericus
clerico. Detrahit laicus laico. Video quidem se inuicem accu
santes. sed neminem uideo iuste se excusantem. Unusquisque enim
dilectissimi. proprium honus portat. Nolite detrahere alterutrum
fratres: ait apostolus iacobus. Qui enim detrahit fratri aut iudicat fratrem:
detrahit legi et iudicat legem. Si autem iudicas legem. non es factor
legis. sed iudex. Unus est enim legis lator et iudex: qui potest perdere
et liberare. Tu autem quis es qui iudices proximum? Nec tamen uoces
detrahentium: silentium possunt imponere uerbo dei. Clamat
ille pro bonis: pro malis. Agite penitentiam: appropinquabit ad uos
regnum dei. Nolite esse auditores legis tantum: sed factores. Facite
dignos fructus poenitentiae. Ecce enim. ait euangelista. securis ad
radices arborum posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum
bonum. excidetur: et in ignem mittetur. Video inquit omnes
homines: diuersas arbores: fructus etiam diuersos habentes;
sed bonus fructus queritur: qui pascat. non qui pungat. Sunt
enim et arbores spinosae: igni deputatae: merito incendendae: quia
in eis nullus fructus est animae. Putatisne dilectissimi. non omnes
tales sumus. qui in istis malis pro peccatis nostris dimissi sumus?
Exacuit agricola ferrum: amputat inutile lignum: abscisum
seruat incendio concremandum. Hoc nunc agitur a uero agricola.

Videntur quidem ſibi mali adhuc ſtare· adhuc florere· Quiſquiſ taliſ eſ·
quiſquiſ maluſ eſ· quiſquiſ corrigi non uiſ· non te conſoletur altitudo
tua· quia maior exſpectat ruina· amplior q; ſuſtinet flamma· Quia
ſecuriſ hæc acte non dum uenit· ideo putaſ te poſſe ſemp ſtare· cum
uideaſ uel audiaſ aliaſ arboreſ te amplioreſ cecidiſſe· Quod te hic agricola
differt· eiuſ eſt patientiæ· ne forte intercedat apud eum locuſ penitentię
Colonuſ enim ille in euangelio· qui intercedebat pro arbore quam
dominuſ eradicare uolebat quod fructum per triennium non habet·
uidete quid ait· Domine dimitte illam & hoc anno· faciam ei foſſam·
adhibeam cofinum ſtercoriſ· Si fecerit fructum· bene· Sin autem·
ueniens abſcides illam· Arbor hęc ſteriliſ· genuſ hominum eſt· non
habens fructum penitentiæ· Dominuſ eiuſ· conditor eiuſ eſt·
Interceſſor huiuſ arboriſ· apoſtoluſ pauluſ eſt· Vnde probamuſ·
audi in quadam epiſtola ſua quemadmodum intercedebat pro talibuſ·
Flecto inquit genua mea ad patrem domini noſtri ihesu christi· ut det uobiſ
uirtutem· Hoc ergo eiſ petebat· ut acciperent quod non habebant·
Faciam inquit ei foſſam· adhibeam cofinum ſtercoriſ· Foſſa· locuſ
eſt humilitatiſ· Cofinum ſtercoriſ· lacrimae ſunt poenitentiſ·
Quem locum ſiquiſ contempſerit· ampliuſ ſuſtinebit tormentum
quando illiuſ agricolę acutiſſimum ſenſerit ferramentum· Agite mali
penitentiam; corrigimini mali· quia uobiſcum flagellantur & boni·
Dicit aliquiſ· Si mali merito flagellantur· boni quare talia cum
maliſ & a maliſ patiuntur· Quare· quia ſecundum quendam modum
dicuntur boni· Secundum autem rectum uerumq; bonum· nemo bonuſ
niſi soluſ deuſ· Ergo & ipſi boni quicumq; ſunt boni· non taleſ ſunt
qualeſ debent eſſe boni· Non enim ſunt perfectum bonum; proficiunt
enim de die in diem· Si proficiunt· utiq; exercitationibuſ proficiunt·
Nemo ſe iuſtificet· tamquam iam ſit perfectuſ· Recedat de medio

male iustificator pelagianus: confundatur hereticus arrianus.
Nemo enim bonus: nisi solus deus. Quid ergo? xps non est deus? plane
deus. De ipso quippe dicit scriptura diuina. Hic est uerus deus: et
uita aeterna. Quid spiritus sanctus non est deus? plane deus.
Unde probamus quoniam et ipse deus? Audi in actibus apostolorum
petrum ananiae fraudatori imperantem. Anania inquit impleuit
satanas cor tuum: mentiri te apud spiritum sanctum. Non es mentitus
hominibus: sed deo. Ecce et spiritus sanctus deus. Ergo trinitas unus est
deus. Et uerum est quia nemo bonus nisi unus deus. Patientes estote
boni: ut sitis uere boni. Patientes estote usque ad aduentum domini.
Tolerate mala quae patimini a malis cum malis: quia ista temptatio,
uestra est examinatio. Si aurum es: quid times paleam? quid
times ignem? Simul quidem eritis in fornace. Sed ignis paleas
in cineres uertit: tibi sordes tollit. Si frumentum es: quid expauescis
tribulam? Non apparebis qualis eras antea in spica: nisi tribula
conterendo a te separauerit paleas. Si oleum es: quid times pressuram
praeli? non declarabitur species tua: nisi pondus etiam lapidis a te
separauerit amurcam. Verumtamen interroget se unaquaeque anima:
et uideat si iniuste patitur. Proferatur statera iustitiae: appendatur
amor mundi cum amore dei. Vide quemadmodum praeponderat
amor mundi. Proferatur speculum scripturae diuinae. Speculum
hoc neminem palpat. Qualis es: talem te tibi demonstrat. Intende:
et uide. Et si est aliquid quod offendat: ibi confusus et redi correctus.
An non confunderis: et in malis tuis gloriaberis? Eris enim perfectum
malum: non qualecumque bonum. Talis non uis flagellari cum
mundo: aut flagellatus murmuras sub flagello? Serue male fecisti
quod dominus iussit: qui ne uapulares ista flagella tibi ante praedixit?
Quis iussit? dominus iussit: creator tuus iussit. Quid iussit? qui amat

inquit patrem aut matrem pluſquã me· non eſt me dignuſ· Ecce
quid iuſſit· Aut qui amat filium aut filiam pluſquam me· non
eſt me dignuſ· Ecce quid iuſſit· Et quiſ eſt inquit qui odit patrẽ.
aut matrem· aut filioſ· Nec ille illoſ odire precipit· ſed uel quantũ
illoſ tantum ſe diligi iuſſit· Pluſ quidem debueraſ diligere creatorẽ.
quam creaturam· Sed ſi non ualeſ preferre· ſaltem uel aequare
dignare· Vere filioſ tuoſ diligereſ· ſi in ipſo illoſ diligereſ. qui eoſ tibi
dedit ut diligaſ· An ideo eoſ uideriſ diligere· quia eorum uolupta
tibuſ faueſ· Audiſ blaſphemanteſ & patienter ferſ xpiane· quod
rex nabuchodonoſor alienigena non potuit ſuſtinere. dicenſ.
ſi quiſ dixerit blaſphemiã in deum ſidrac miſac & abdenago· in in
teritum erunt· Videſ frequentare ſpectacula· & non reuocaſ; Videſ
luxuriianteſ· & non uerberaſ; Nec poteſ te talem exhibere patrem.
qui paratuſ ſiſ indiſciplinatoſ filioſ uel exheredare· ut abicere· cũ
paratuſ eſſe debueraſ ſicut abraham. & iam filium immolare· Omniſ
enim qui filiorum trucidat uoluptateſ· ſacrificium tale quale abra-
ham offert deo· Sed dum iſta non fiunt· & hiſ moribuſ deprauatiſ
male nutriuntur qui iſto mundo utuntur· labefecit mundus nec
immerito ait propheta· Defluxit terra· & omniſ inhabitanteſ in ea·
Non quieſcunt uſq; nunc murmurare homineſ· laudare tẽpora
preterita· Accuſare tempora xpiana· Magna erant tempora patrũ
nroꝝ· dicunt· O quã bona tempora habuerunt patreſ nri· Sed
uidete quae fecerint patreſ nri· Fineeſ· ſacrificantem uirum idoliſ
manu propria peremit· ut placaret iram dei· Moyſeſ populũ
oberrantem uitulumq; fuſilem adorantem· ita certa emendatione
coherecuit· ut unam tribum e duodecim ad ſe deuocanſ quae
ſequi uoluit deum· preceptum eiſ daret ut acceptiſ gladiiſ in ma
nibuſ ſuiſ· filii perimerent parenteſ· & parenteſ occiderent filioſ·

† Vere filioſ tuoſ diligereſ· ſi xpm filiuſ preferreſ· in ipſo ſq; filioſ ipſi committereſ·

Nullus eos reuocauit affectus. nullus humanitati reseruatus est locus.
quia timor & amor dei pre omni amore desideriorū carnalium ferebatur.
Jepte. ut hostes diis ac potius demonibus immolantes superaret. unicā filiam
in sacrificio dedit. Sampson. cum gentes demonicolas per uirtutem
quam a deo acceperat in capite. diutius bellis contereret atq; fati-
garet. seductusq; postea per mulierē. oculos simulq; uirtutem capitis
perdidisset. postea quā cognouit omnes in obprobrium suum illo
conuenisse ad templum idolorum suorū. eosq; magnificare deos suos
quod eis tradiderant acerrimum inimicum suū. cum crescente
coma capitis eius ei creuisset & uirtus. puero qui sibi ducatum
prebebat ut sibi manum porrigeret petiit. seq; ad illud tēplū
duci poposcit. Ad quod cum uenisset. columnas duas supra
quas totū illud edificium ferebatur. singulis manibus singulas
apprehendens. ruina se simul & illos uoluit opprimi. ne laudes
demonum in contumeliam dei sui a quoquam libenter pateretur
audiri. Danihel ne a rege homine petitionem aliquam posceret.
sed a deo uiuo qui prestat omnia bona suis. leonibus ieiunantibus
in escā datus est ut periret. Sed dn̄s fidelem seruum suum non
deserens. & ipsum intactum reseruauit. & per abacucū prophetam
simul & ipsum & leones pauit. Quid dicā de tribus pueris. qui cū
nollent imaginem regiam adorare. ignes riserunt. In quibus pueris
micans gratia ita enituit. ut ligati in fornacem mitterentur.
deambulantesq; uiderentur. & sapientes dn̄mq; laudantes flām̄as
ad se non admitterent sed fugarent. ut secum filiū dei habere
meruissent antequā mundo in homine apparuisset. ut esset
eorum uindex flamma. chaldeorūq; ministros fornax deuorans
consumeret. Producti quoq; de fornace incolumes. populos in se
mirabiles redderent. regesq; mutarent. eūq; facerent dei sui

adoratorem. quem ſenſerant ante ꝑſecutorem. Sed hęc omnia facie
bat fides. timor. & amor dei. Oderant iſti non solũ omnia quæ
ab habebant propt̄ dm̄. uerũ & etiã animas ſuas. Et dſ eos & hic claros
fecit. & ęternæ uitæ remuneratione ditauit. Quid tale dilectiſſimi
fecimus. immo econtrario quæ mala non fecimus? Illi nec tor
mentis. nunc homines nec conuen ti. demoniis ſacrificauer̄;
annon Sacrificauit. qui imagines idoloꝝ ꝑnoctem ludentes.
quod nocturnum uocant. libentiſſime ſpectauit. ſacrificauit
prorſus. ſacrificauit. Et quod eſt peius. non tauri uel cuiuſlibet
pecoris aliquam uictimã. ſed ipſã hominis animã pretioſã.
Inhoc tam nefando ſacrificio. non unus uel pauci accuſant̄.
Tota hoc ciuitas fecit. quia tota conſenſit. Nec abhoſtib; nec
abarbaris. ſed a ſe ipſo omnis homo in anima ſe intus occidit;
uidendo. conſentiendo. non prohibendo. om̄s remanſim̄ rei.
H d a Et dum nolumus pacem ciuitatis turbare ꝑuerſam. pacem
quam deſideramus non accipimus rectam. Contemnimus
pacem ſeruare bonoꝝ morũ. & perit pax temporum nr̄oꝝ.
{ Diſcite uel nunc dilectiſſimi. quid cui rei preponere debeatis.
Nolite diligere uitia infiliis. inamicis. inſeruis. inomnib;
notis. Preponatur ſingularis poteſtas. omni poteſtati.
Honorē exhibeamus cęſari tamquã cęſari. timorem autē deo.
Preferatur creator. creaturæ. Diligamus dm̄. quia diligit nos.
Quod ſi nos flagellat. & inhoc diligit. Quis eſt enim filius
cui non det diſciplinã pater eius? Qui ſanam conſiderationē
habet. qui credit dei uerbis. plus metuit ignem æternum quam
cuiuſlibet truculenti barbari ferrum. Plus metuit mortē
ꝑpetuam. morte quamlibet hic peſſima. Irrideant haec
infideles. irrideant ſtulti. nol'nt credere nec reb; expertis.

Ecce conteruntur. ecce omnia pereunt. Ecce cum ipsis n̄ potest
stare mundus. quē amauerunt. Ecce addm̄ attrahitur. cuius
precepta contempserunt. Non enim bona uoluntate pergit. qui
blasphemando moritur. Ecce itur. Cum illuc uentum fuerit.
quid agitur. quo itur. per quem abitur. Quis iterum redire huc
cogitur. finitum est. Et quod male fecerat emendare. finitum est.
Redite filii. redite. Redite preuaricatores ad cor. facite gaudiū
ex conuersatione ur̄a. Corrigantur corda ur̄a. displiceant uob
opera ur̄a. Estote fortes. tribulatio mundi non uos frangat.
Dominus in pximo est. nihil solliciti sitis. Habetis uirorꝝ fortiū
magna exempla. Vicerunt martyres mundum. Inter quos
martyres mares. etiā feminę repte sunt fortiores. Ante paucos
dies natalicia celebrauimus martyrum. ꝑpetuę & felicitatis &
comitum. Et cum tot ibi sunt uiri. quare duę istę pre omnibus
nominantur. nisi quia infirmior sexus aut ęquauit aut sup̄auit
uirorū fortiū fortitudinē. Vna earū erat pregnans. alia lactans.
Felicitas parturiebat. ꝑpetua lactabat. Sed tam diu hęc ꝑpetua
lactauit. quādiu acciperet ab illo pastore simul & patre bucellā
lactis. Qua accepta dulcedo felicitatis ꝑpetuę eam fec̄ conte
nere filium. spnere prem̄. non inherere mundo. ꝑdere animā
ꝑ xp̄o. Felicitas uero quę sociā habebat ꝑpetuā. parturiebat &
dolebat, & obiecta bestiis. gaudebat potius quam timebat. Quę
uirtus in feminis, qualis est gratia. quę cum se infuderit. nullū
indignū iudicat sexum, gratia gratię. Reparauit enim. sexū
muliebrem. In obprobriū magnū mulier remanserat. quia
ab initio ꝑ mulierē peccatū. & propt̄ hanc omnes morimur.
Diabolus unam euam deiecit. sed xp̄s natus ex uirgine multas
feminas exaltauit. Perpetua & Felicitas caput calcauer̄ serpentis.

quod eua adcor suum intus admisit. Istã sedux falsa promittendo.
illas non ualuit supare seuiendo. Illam decepit inparadisi felicitate.
has non potuit adire nec in substantiarum positas potestate. Illius
interparadisi delitias ruinam. harum interpenas fortitudinis
constantiam. ipse diabolus quodam modo expauit. Merito sic
exaltatae. merito uiris ut coaequatae uel prelatae. Quamuis enim
inxp̄o ih̄u non sit seruus neq; liber. non sit masculus neq; femina.
sed om̄s sunt unum occurrentes inuirũ pfectum. descendit tam̄
hoc donum exmagna gratia. Perpetua enim & felicitas. nomina
scãrum istarum feminarum. merces est scõr omniũ martyrum.
Vicit mundum etiã iob ille omnibus notissimus. totiens temptat⁊
& minime supatus. Impleuit dominicum preceptum. Contẽpsit
filios. ne blasphemaret qui dederat filios. Repulit a se uxorem
quae ei blasphemiã psuadebat. quã diabolus propterea solã
dimiserat. quia sibi eam necessariam esse nouerat. Non enĩ
dimiserat marito consolatricem. sed suae temptationis adiutricẽ.
Fecerat eam euam nouam. sed ille non erat uetus adam. Existima-
uit etiam istum sicut illũ pmulierem posse decipere. sed iste sper-
nendo uxorem pessima suggerentem. diuinitus adiutus. etiã
ipsum diabolum inilla ualuit supare. Fortior fuit iob
indoloribus. quam ille adam innemoribus. Iste non cessit in
tormentis. ille supatus est indeliciis. Videtis dilectissimi q̄d
agat temptatio. quam utiles sint huius mundi pressurae.
& quẽadmodum corrumpant terrenae delicie. Contẽpsit
iob uxorem. filios. omnia sua. postea & carnem suam. Plus
amauit qui dederat. quam id quod dederat. Usus est quod
acceperat. tamquam bonus uiator. Possedit. non possessus. ẽ.
Atubi ea placuit auferre qui dederat. & dixit ñ blasphemauit.

dn̄s inquit dedit. & dominus abstulit; sicut dn̄o placuit. ita
factum est; sit nomen dn̄i benedictum. Imitamini talem uirū.
imitamini tales filii esse. etiam flagellati. ut mereamini recipi.
flagellat enim omnē filiū. quem recipit. Disciplinā eius sustinete.
Sicut filios ita uos aggreditur deus. Quod ille filius in euangelio
positus. qui disciplinam paternam contempsit. substantiā suā
in meretricibus erogauit. porcos pauit. fame contritus est. siliq̄s
porcorum uentrē suū implere non potuit. Tandem aliquando
reuersus est ad se. & inuenit se. qui ꝑdiderat se. In mentē ei uenit.
quod multi mercennarii patris sui habundarent panibus. ipse
uero fame periret. Statim surrex̄. ad patrem recurrit. non se
filium sed tamquā unū ex seruis computari rogauit. Inclinat̄
humilitas. excitatur misc̄dia. Voces filii penitentis. concutiunt
paterna uiscera. Dicit se filius indignū. ut ille eum iudicet
dignum. Rogat ut in numero seruoꝝ iubeat̄ suscipi. & pater
ei primam illam stolam iubet afferri. Mactauit uitulum
saginatum. chorū congregat. aduocat amicos. facit epulum
magnū. Quare? quia hic filius mortuus fuerat & reuixit.
perierat & inuentus est. Hanc similitudinē dominus in euangelio
proposuit. quam ipse exposuit. dicens tale gaudium fieri in celo
super peccatorē penitentiā agentem. Nunc uero quoniam
tempus est exortari omnes ad penitentiā. ut filii errantes
reuertantur. eisq; conuiuium a patre saginati uituli ꝑparetur.
etiam nos dilectissimi parati simus huic conuiuio tamquam
amici domestici interēē. Maxime quia cum isto patre familias
ad mensam eius cotidie accedentes. non nos iam dignatur uocare
seruos sed amicos. Percurramus si placet ipsam parabolam a dn̄o
in euangelio ꝑpositam. in qua nobis & affectū pr̄is demonstrāt

pium. & filii ꝑdita indicauit reditum. filiiq; maioris qui de
paterna domo non discesserat commotum retulit
animum. Hoc quippe habet textus ipsius lectionis. Veniens
ait filius eius primogenitus de agro. cum audiret symphoniam.
interrogauit seruos quidnā illud esset. eiq; dixerunt. Frāt tuus
reuersus est. & occidit illi pater tuus uitulum illi saginatum.
eo quod saluū illum susceperit. Et indignatus. noluit introire.
Egressus est autē ad illū pater suus. ut eū introduceret. Improperauitq;
ille patri suo. quod laborasset semꝑ cum illo. & numquā illi talia
exhibuisset. At ubi uenit filius ille qui omnē substantiā patnā
male consumpserat. occidisset illi uitulum saginatum. Et
reddit pater rationem facti sui. consolaturq; filium secum per
manentem. de domo non discedentem. & dicit illi. fili. tu meus
es. & mecum es semper. & omnia mea tua sunt. Verū oportuit
nos ista facere. quoniam frater tuus mortuus fuerat & reuix.
perierat & inuentus est. Non uacat hec talis a dn̄o propositio.
Donet itaq; nobis qui ista proposuit. ut demonstremus ab illo
fuisse impletum. hoc quod ꝑ quandam similitudinem nos
quodam modo excitauit ad aliquid inquirendum.
Affectum patnum exhibuisse suis dn̄m nr̄m ihm xp̄m.
nullus ambigit xp̄ianus. Illud magis requiramus. qui sit
filius iunior. qui prodige uiuens substantiā patnam dissi
pauit. & qui sit filius primogenitus. qui indignatur quod
filio ꝑdito redeunti uitulus saginatus occisus sit. & intrare
noluerit. Quis est iste filius ꝑditus qui omnē substantiam +
animae adeo sibi datam per scelera diffluendo. etiam in cruce
pependit. Porcos pauit. quando demonum uoluptates suis
factis repleuit. Fortasse illos porcos pauit. quos perierat

+ patnā in meretricib; erogauit. nisi ille latro q substantiā

diaboluſ adn̄o dicenſ Iube noſ introire ingregem porcorū.
fame contrituſ eſt. quia panem uerbi dei non inueniebat.
Siliquiſ cupiebat ſaturari uentrem ſuum. quando tortuoſiſ
cogitationibuſ replebat animam ſuam Sed reuertatur adſe;
uideat ſe latro incruce pendentem. concurrat adpatrem. dicat
pendenſ incruce Domine memento mei. cum ueneriſ inregnū
tuum domine memento mei; non ſum dignuſ uocari filiuſ
tuuſ Suſcipe me. tamquā unum exſeruiſ domine. mem̄to
mei Latro enim ſua attendenſ merita deſe ipſo diffidebat.
ſed dn̄ſ tamquam piuſ pater latroni filio quod deſperauerat
offerebat Proferat huic pater ſtolam primam; induat filium im
mortalitatē. Quem ſecum uidet incruce pendentem; introducat
eum indomum Dicat xp̄ſ latroni; Amen amen dico tibi.
hodie mecū eriſ inparadiſo Mactet filium uitulum ſaginatū.
hominē illum ſuſceptum. & iam prolatronibuſ crucifixum.
Aduocet amicoſ ſuoſ. diſcipuloſ. quibuſ dicebat Si feceritiſ quę
mando. dico uobiſ Iam non uoſ dicam ſeruoſ. ſed amicoſ
Preparetur illud conuiuium cęleſte Adſtet choruſ ille angloꝝ.
ſuauiter declamanſ Gloria inexcelſiſ deo. & interra pax
hominibuſ bonæ uoluntatiſ Veniat & primogenituſ filiuſ
ille. & nolit intrare Quiſ eſt iſte filiuſ primogenituſ qui noluit
intrare. niſi ille primuſ apoſtolorum petruſ. qui adinterrogationē
uniuſ ancillę inatrio ſacerdotiſ ter dominū auſuſ eſt negare.
dixiſti quidē o petre tamquam patri. xp̄o. ego tecū laboraui.
quando dicebaſ ſaluatori Tecum uſq; admortē; animā meā
prote ponam Vbi eſt quod promiſiſti. interrogariſ ſemel &
negaſ Sec̄do interrogariſ. & negaſ Tertio. & negaſ Non uiſ
adconuiuiū intrare. ideo auſuſ eſ ter dn̄m negare; ubi eſt

animam meam pro te ponam. ter negantem non terruit ungula.
ſed una oppreſſit muliercula; certe tecum uſq; ad mortem.
Vide uide igitur petre. quantum de te antea preſumpſeriſ. Ecce
nunc ter negando. gallo teſte conuinceriſ. Sed egrediatur pat(er)
ad primogenitū filium. intrare nolentem; dicat xp̄ſ petro.
Intra in gaudium domini tui. Reſpiciat negantem. & conpungat
flentem. faciat amatorem. Exhortatur eum paterna uoce. Fili
inquit tu meuſ eſ. Tu eſ petruſ; & ſi me negaſti. meuſ eſ. Tu m(eu)ſ
eſ. & omnia mea tua ſunt. Tibi dabo claueſ regni celoꝝ. Apud te
ſunt petre claueſ. dignare iam ad conuiuium intrare. Oportebat
hec fieri. quoniam frater tuuſ latro mortuuſ erat & reuixit.
perierat & inuentuſ eſt. Si petruſ antequā xp̄ſ pro omnibuſ
crucifigeretur regni celoꝝ claueſ accepit. qua illuc introiuit
latro ille iam non reuſ. niſi ꝑ latuſ quod aperuit iudeuſ. Et
nunc ueniant omneſ quicumq; amant paradyſum. locum
quietiſ. locum ſecuritatiſ. locum ꝑpetue felicitatiſ. locum in quo
non ꝑtimeſcaſ barbarum. in quo nullum patiariſ aduſariū.
nullum habeaſ inimicum. Venite omneſ. intrate omneſ; eſt
qua intrare; patet latuſ. Oſtendit enim ille latro. quo debeant
omneſ intrare; neminem ſuo exemplo docuit deſperare.
Contendite ait dn̄ſ. intrare ꝑ anguſtam portam. Quid anguſti(us)
illo foramine quod unuſ e militibuſ ꝑcutiendo latuſ crucifixi
aperuit. & tamen ꝑ has anguſtiaſ. poene iam totuſ munduſ in
trauit. Venite & uoſ iudei. uocat uoſ quem crucifixiſtiſ filiuſ
dei. Contendite intrare ꝑ anguſtam portam; ꝑ hanc enim
introierunt patreſ ueſtri illi. Illi qui ut crucifigeretur cla
mauerunt. qui in ligno ſuſpenſum uiderunt. qui irriſer(unt).
qui caput agitauerunt. ꝑ iſtaſ tam̄ anguſtiaſ introierunt.

Non enim inaniter clamabat ille pendenſ incruce. Pater
ignoſce illiſ: quia neſciunt quid faciunt. ꝑ haſ ergo ut dixi anguſ
tiaſ. ꝑ anguſtam portam lateriſ xpi. ingreſſuſ eſt latro mutatuſ. &
penitenſ iudeuſ. & conuerſuſ omniſ paganuſ. & ab eo exiit foraſ
maluſ hereticuſ arrianuſ. Exiit: quoniam non erat de nuō numero
ꝑmanentium. De illiſ enim erat: de quibuſ ipſe dominuſ dicit. (iohs apls)
Ex nobiſ exierunt. ſed non erant ex nobiſ. Si enim ex nobiſ
eſſent: manſiſſent utiq; nobiſcum. O heretice arriane. agnoſcit
latro incruce pendentem. ipſi inimici iudei expaueſcunt reſur
gentem. & uoſ male tractatiſ incelo regnantem. Cauete dilec—
tiſſimi arrianam peſtem, non uoſ ſeparent a xpo. terrena pro
mittendo. Propter tunicam. non uoſ expolient fide. Membra
xpi. ſeruate unitatem atq; integritatem uniuſ tunicae. quā
nec ꝑſecutoreſ xpi auſi ſunt ſcindere. Nolite iniuriaſ irro—
gare urō capiti. Pro uobiſ ille mortuuſ eſt. ne uoſ moreremini.
Quem xpc ꝑ baptiſmum uiuificauit. quare arrianuſ rebapti
zando occidit. Erubeſce erubeſce heretice. Negauit petruſ
& reuerſuſ eſt. & flendo deleuit quod timore negauit xpm
inſuper ꝑſecutuſ eſt pauluſ. ſed ad eiuſ uocem cecidit & ſurrex.
Aliter cecidit. aliter ſurrexit. Cecidit ꝑſecutor. erectuſ eſt pre
dicator. In xpianiſ xpm ꝑſecuti ſunt regeſ. Sed multum eiſ
preſtiterunt. quando membra ad caput ſuum ueloc[i]ter tranſier.
Nemo talia damna. qualia tu ingeriſ xpo. Animaſ enim
multorum cupiſ interfici. pro quibuſ xpc incarne uenit
occidi. Erubeſce erubeſce heretice. Quid iteraſ quod ſemel datur.
In membriſ ſuiſ iam tinctuſ eſt xpſ. noli in iſtiſ ipſum uelle (et lotus)
rebaptizare. Semel enim pro omnibuſ cum iohanne in aquā
dignatuſ eſt ipſe deſcendere. Redemit xpſ animaſ. cuſtodite

quod ille redemit. Integro xpo. integrum assignate predium;
nemo inuadat. nemo inuasori consentiat. Caracterem
dominicum nullus abstergat. titulus xpi nemo deponat.
Reddituri estis rationem dno regi. boni serui; data est uob
occasio beneopandi. Abundant pegrini. captiui. expoliati.
facite uobis amicos exmamona iniquitatis. utetipsi recipiant
uos inaeterna tabernacula. Amen.

Credimus inunum deum patrē omnipotentē.
et unigenitum filium eius ihm xpm deum et
dnm saluatorē nrm. et spm scm dm. non tres
deos. sed prem et filium et spm scm unum deum
colimus et confitemr. Non sic unum dm quasi solitariū. nec
eundemq; qui ipse sibi pater ipse et filius. sed prem uerum. qui
genuit filium uerum. utest deus dedeo. lumen delumine. dm
uerum dedeo uero. Omnipotentē. deomnipotente. Vitā. exuita.
perfectum depfecto. Totum atoto. plenum apleno. Non creatū.
sed genitum. Non exnichilo. sed expatre. Vnius substantiae cū
prē. quod grece dicitur homousion. Spiritum uero scm deum.
non ingenitum neq; genitum; non creatum. neq; factum. sed
depatre procedentem patris et filii spm semp inpatrem et filium
patri et filio coaeternum et coaequalem et cooperatorem. confitemr
et ueneramur. Ideoq; innomine patris et filii et sps sci unum
confitemur dm. quia ds nomen est potestatis. non proprietatis.
Proprium nomen patri. pater. Etproprium nomen est filio.
filius. Etproprium nomen est spiritui sco. sps scs. Hanc
trinitatem unum deum credimus. quia exuno patre.
quod unius cum prē naturae est. uniusq; substantiae. et unius
potestatis. Pater filium genuit non uoluntate nec necessitate

sed natura filius ultimo tempore per quem omnia facta sunt
quae in caelis et quae in terra uisibilia et inuisibilia. ad nos saluan
dos et adimplendas scripturas uenit a patre. qui numquam desinit
esse cum patre. Quem credimus conceptum de spiritu sancto. et natum
de uirgine maria. Verbum caro factum non demutatum. sed
deum permanentem; et iam hominem natum non deputatiue.
sed uere; non aereum. sed corporeum. non phantasium. sed car-
neum. Ossa. sanguinem. sensum. et animam. hoc est perfectum hominem.
uerum hominem. et uerum deum. Intelligamus ut uerum deum
uerum hominem fuisse. nullo modo ambigamus. Non enim
amisit quod erat. sed coepit esse quod non erat. ut perfectus
sit in suis. et uerus sit in nostris. Nam qui deus erat. homo factus
est. Et qui homo natus est. operatur ut deus. Et qui operatur ut deus.
ut homo moritur. Et qui ut homo moritur. ut deus surgit. Qui
deuicto imperio mortis. cum ea carne qui natus est. et passus.
et mortuus fuerat. et resurrexit. ascendit ad patrem. seditque ad dex
teram eius in gloria quam semper habuit habetque; In eius morte
et sanguine credimus nos emundatos ab eo. resuscitandos die
nouissimo in hac carne qua nunc uiuimus et habemus. conse
cuturos nos aut uitam aeternam proemium boni meriti. aut
poenas pro peccatis aeterni supplicii. Haec retinete. huic fidei ani-
mas uestras subiugate. a christo domino proemium consecuturi regnum
caelorum. amen. INCIPIT CONTRA FELICIANUM ARRIANUM

Extorsisti mihi dilectissime fili ut de unitate trinitatis
quae perfectus deus semper ac summus est. officii non inmemor
sacerdotalis aliquid scriberem. idque; a me cum propriae
infirmitatis conscius saepius excusarem. multis modis
exegisti. asserens communis fidei rationem et religiosos accipe-

& ſacerdoteſ debere fidelibuſ non negare· ne aut illi dum ñ accipiunt
incipiant ab infidelibuſ facile decipi· aut ab hiſ cum deſiderata
non tribuunt· cęleſtiſ theſauruſ xp̄i membriſ non expendi·
ſed in terra quodam modo ſteriliſ peritiae uideatur abſcondi· Itaq;
uictum me fateor probabilibuſ cauſiſ· ne inhermeſ tradere uidear
obſiſtentibuſ maliſ· dum aduerſuſ infideleſ non inſtruuntur
munimine ueritatiſ· Verum quia in eiuſmodi queſtionibuſ
quędam obſcuritaſ continua oratione frequenter incurritur·
idcirco id mihi uiſum eſt· ut eum ſermonem qui inter me &
felicianum nup̄ eſt habituſ· prenotatiſ propt̄ p̄ſonarum diſcre-
tionem principalibuſ nominum litteriſ· preſentiſ libelli breui-
tate complecterer· Nam cum ante hoſ dieſ pariter ſederemuſ·
Tum ille inter alia inquit quę me in ueſtriſ diſputationibuſ
frequenter offendunt· nihil deteriuſ puto· quam quod ſic p̄cepta
fidei rudibuſ tradatiſ· ut non de intelligendarū rerum ratione·
ſed potiuſ de quadam teſtimonioꝝ oſtentatione colloquentib;
preſcribatiſ· Quod ut non dicam [ł fatuū] fabrum· interim quam ruſticū
ſit· nulluſ ignorat· Primū quod ſi iſ qui docetur libriſ iam
credidit· obtemp̄at iſte non pugnat· Alioquin· non magiſ tibi
quam hiſdem teſtimoniiſ quę pro affirmato ingeruntur·
neceſſe eſt contradicat· Et ideo melior mihi ad docendum uidet̄
hęc uia· qua primum fidei ratio ſine teſtimoniiſ redditur·
Poſt rationem· conuicto idem illud ſcripturiſ reſpondentibuſ
expolitur· Et non immerito· Si enim teſtimonia hęc eo
probantur quod ratione non careant· poteſt p̄ſe + ipſā uidet̄
aſtruere· Sin contra· quiſ poteſt in rationabilibuſ teſtimoniiſ
licet illa diuina fingantur· rationibuſ fidei colla ſubmittere·
& illam quidem diſputandi uiam· fateor maluiſ tolerarem·

+ illa ſufficere: quā etiā hęc non niſi p̄ſe

Ergone heretice utdoces ueritas mentita est· &tu uerum praedicas· & ubi
hoc praedicas· inabsconso inocculto· Si ueritate fulcitur predicatio tua·
publica sit doctrina tua· Demonstra mihi aeccliam tuam· Sed nouimus
quid agatis decepti· & deceptores· Apostolus paulus uos prodidit dicens·
Quae enim occulte fiunt abeis· turpe est &iam dicere· Nobis turpe ē·
dicere· sed uos non quiescitis agere· Manifesta est ignominia uṙa· nuda
est turpitudo uestra· Exconfessione simul &scriptura uṙa· omnibus
palam est facta turpis doctrina uṙa· Utinam aliquando corrigant
corda uṙa· Alii heretici arriani ipsam uiam xp̄m pquam itur ad
patrem· secdm̄ diuinitatem nolunt esse aequalem patri· Etcum ipse
dicat ego &pater unum sumus· illi dicunt· Si missus est xp̄s· minor est·
Maior est utiq; qui mittit· illo qui mittitur· haec argumentatio est
humana· non auctoritas diuina· Alia est opatio trinitatis quam tu
heretice· non adsequeris· qui carnaliter sapis· Mundum enim cor
non habes· nec addm̄· Xp̄s enim inquantum hominem suscepit·
missus dicitur· Inquantum deus est· aequalis est patri· Nam quo
eum pater mitteret ubi ipse cum filio non esset· aut quo filius uenisset
ubi non simul cum patre· eēt· ille qui dicit· ego inpatre· &pater
inme est· & philippe qui me uidit· uidit &patrem· Etqui pprophetam
dicit· Caelum &terram ego impleo· & dequo salomon dicit· Attin
git afine usq; adfinem fortiter· & disponit omnia suauiter· Attingit
ubiq; ppter suam munditiam· Sed tu heretice ideo dicis maiorē esse
qui mittit minorem qui mittitur· quia temporū spatia cogitas· sed
multum erras illi assignare tempora pquem facta sunt tempora·
Si patrem confiteris deum· dm̄ filium· &numq; credis &patrē & filiū·
noli minorem facere filium ineo quod fecit te· quia ideo minor
factus est· utredimeret te· Sed ipse inquis dixit· pater maior

me est. Intellige secundum susceptum hominem & depone errorem. Secundum hoc dicit pater maior me est. secundum quod de eo ait propheta. Minorasti eum paulominus ab angelis. Tu autem dic. secundum quid eum minorem asseris. Si secundum potestatem. pater non iudicat quemquam sed filius. Si secundum opera. omnia per filium facta sunt. Si secundum tempus. hoc credis de deo tuo. quia sicut tu maior es filio tuo. ita ille filio suo. Auertat hoc deus ab auribus fidelium. indigna sunt ista credere de deo. Si enim filius secundum deitatem dei uerbum est sicut euangelista iohannes narrat. in principio erat uerbum. & uerbum erat apud deum. & deus erat uerbum. fuit aliquod tempus quando pater fuit sine uerbo. aut fuit aliquod principium ante ipsum principium. quoniam ipse filius dixit se esse principium. Interrogantibus quippe iudeis tu quis es. respondit. Principium. Ergo & illud quod in genesi scriptum est. in principio fecit deus caelum & terram. intellegitur in filio qui est principium. Si ergo semper deus pater. semper deus filius. Quia nec ille aliquando non pater. nec iste aliquando non filius. Non enim ut pater generaret filium minuit se ipsum. sed ita genuit de se alterum qualem se ut totus maneret in se. Spiritus autem sanctus. non procedit unde procedit. sed integer de integro. Nec minuit eum procedendo. nec auget herendo. Et haec tria unus deus. de quo propheta dicit. Tu es deus solus magnus. Tu autem heretice compone gradus. separa trinitatem. fac patrem maiorem. filium minorem. spiritum sanctum sequentem. Sed iam de filio quod equalis sit patri aliqua ut diximus. & quod occurrerit dicemus. Audi & de spiritu sancto. quem minorem uis esse patre & filio. Nempe spiritus sanctus. ipse spiritus est dei. Audi & ipse quod simul sit cum patre & filio. & ubique sit totus. Deus inquit iohannes apostolus. spiritus est. & ipse filius per prophetam ait. Spiritus domini super me. Non ait post me. ut sequentem eum faceret ut minorem. sed ait super me. Unde & angelus gabriel ad mariam. Spiritus sanctus inquit

supueniet inte· Dauid quoq; propħa· Quo abibo aspiritu tuo· & quo
afacie tua fugiam· Si ascendero incęlum tu ibi es· si descendero
inabyssum tu ades· Ergo si spiritus dei & incælo & interra & ininferno
adest cum illo qui dicit cęlum & terrā ego impleo· ergo trinitas unus
est ds· Sed audi adhuc heretice unde conuincaris· quod trinitas unus
sit deus· Inipso principio libri geneseos quod diximus· scriptum est·
Inprincipio fecit deus cęlum & terrā· Ecce deus pater & principium
filius· secdm quod se dix̄ esse principium· Si aut̄ & spm̄ scm̄ quæris·
spiritus inquit dei supferebatur supaquas· Cum ergo inconsequentibus
legitur dixit deus fiat lux· & finxit deus deterra· & fecit deus· hoc
demonstratur quod inseparabilia sint opa trinitatis· euidentius hoc
inconsequentibus demonstratur· Nam cum uentū· ēēt· uthomo forma
retur· ait scriptura· & dixit deus· faciamus hominē adimaginem
& similitudinē nrām meam ē; utsolus pater intelligeretur· Nec dixit fiat
utfilio uel sco iuberet facere pquem facta sunt omnia· Nec dictū ē·
fecerunt utsinguli singula ineo conferrent opera sua· sed cū diceret
faciamus hominē adimaginem & similitudinem nrām· uttrinitas
unus deus intelligeretur· statim subiunctum est· Et fecit ds hominē·
adimaginem suam fecit illum· Ecce pscripturas scās trinitas unus
ds predicatur· arrianus conuictus aliquando confundatur· Sed
audi adhuc heretice apostolū paulū conuincentem te· & docentē
me· Audi quid dedeo filio dicat· Cum inquit informa di ēēt·
non rapinam arbitratus est esse ęqualis deo· Ille eum predicat
æqualem· tu eum asseris minorem· Cui credendum est apostolo
an tibi· Tibi quē totus orbis abiecit· an illi quē totus mundus
suscepit· Cedat igitur uel sero conuicta puersitas tua· quia iam
totum mundum possedit euangelica & apostolica doctrina·

Alia quoq; spelunca latronum· non bonorum hereticorum

e· N̄ dix̄ faciā hōiem adimaginē & similitudinē meam·

pelagianorum & demonstranda est & cauenda. Haec est enim eorum peruersa
doctrina. Cum scriptura dicat. maledictus homo qui spem suam
ponit in homine. & qui gloriatur in domino glorietur. isti contra hoc male
dictum hominem non incurrere permittunt si de se praesumpserit. uel
in se ipso gloriatus fuerit. Sed quid contra hos multa dicamus. hoc
promisit & pater illorum diabolus illi primo homini. Non morte inquit
morieris. eris sicut dii. Deum contempsit. serpenti credidit. & quod acce
perat perdidit. Si tunc ille homo non fuit cautus. nunc homo
caueat uel expertus. Odit deus presumptores. de uiribus suis.
Quid enim non ualeat liberum arbitrium. non adiutum.
in ipso adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi. ad
bonum non. nisi adiuuetur a deo. Primus enim ille homo
accepit liberum arbitrium rectum. & posuit ante eum
deus sicut scriptura dicit. ignem & aquam. Ad quod uolueris
inquit. porrige manum tuam. Elegit ignem. reliquit aquam.
Videte istum iudicem. Quod elegit homo liber. accepit.
Malum uoluit. hoc illum secutum est. Videte rursum illum
iustum iudicem. misericordiam facientem. Cum uideret quod homo
totam stirpem suam male usus libero uoluntatis arbitrio
in se tamquam in radice damnasset. ipse non rogatus de caelo
descendit. & humanum genus superbia pereunte sua humilitate
sanauit. Errantes perduxit ad uiam. peregrinos perducet ad patriam.
Non ergo glorietur humana natura de se. sed in eo glorietur qui
fecit se. Iam uero sectae hereticorum Christum uiam predicant
sed longe a uia errantium. una uoce ipsius uerae uiae
conuincuntur atque confunduntur dicentis. Multi mihi
dicent in illa die. domine domine. nonne in tuo nomine
prophetauimus. & in tuo nomine demonia eiecimus. et

in tuo nomine uirtutes multas fecimus· et tunc dicam eis· non noui
uos· Recedite a me omnes qui operati estis iniquitatem· Ideo operati
estis iniquitatem· quia ecclesie meae perturbastis unitatem· Vos autem
fidelia germina sanctae matris aecclesiae catholicae per uniuersum
mundum diffusae· fugite omnes hereses· Siquis aliud euange
lizauerit uobis· anathema sit· Rectos cursus facite pedibus
uestris· non declinetis nec ad dexteram presumendo· nec ad sinistram
desperando· Currite uelociter· recta uia· Ipsa enim uos perducet
ad patriam· ad illam patriam cuius ciues angeli sunt· cuius
templum deus· cuius splendor filius· cuius karitas spiritus sanctus·
[perit amicus· quo nullus admittitur inimicus·]
Ciuitas sancta· ciuitas beata· Ciuitas ubi nullus moritur· quia [Ciuitas ubi nullus]
nullus oritur· Nullus infirmatur· quia incorrupta salute
letatur· Cum illuc uenerimus· non ibi esuriemus aut sitiemus·
Visio ipsa· satietas nostra erit· Non ibi dormiemus· quia non ibi
laborabimus· Nulla cuiuslibet rei necessaria erit refectio·
ubi nulla erit defectio· Viuemus· regnabimus· letabimur· Si
tantum delectat cum de ea loquimur· quid erit et uidere· Videre
deum· uiuere cum deo· uiuere de deo· Vita enim nostra erit laudare
deum· et sine defectu amare· Beati enim ait propheta qui habitant
in domo tua· in secula seculorum laudabunt te· Fratres dilectis-
simi sicut nauigantibus laborauimus· et uiatoribus ducatum
prebuimus· si deuias fauces latronum hoc est hereticorum
sollicite demonstrauimus· si ipsam patriam declaratam atque
demonstratam iam cernitis oculis cordis uestri· reddite nobis
fructum laboris nostri· Reddite fratres· reddite· Exigimus a uobis·
Talis est enim merces nostra quam a uobis exigimus· ut nec nos
pudeat petere· nec uos pigeat erogare· hoc quod exigimus
erogando· cumulabitis magis quam detrimentum patiemini·

ſi non erogaueritaſ. Quę eſt ergo merceſ nr̃a? non quęrimuſ aurũ nr̃m. non argentum nr̃m. non nũmum noſtrum. nec quicquã de rebuſ ur̃iſ. ſed merceſ nr̃a eſt ut in nullo ſc̃o fonte adiuuetiſ noſ orationibuſ ueſtriſ amen. ·I·

ꝐMA QVARTA FERIA EXPLICIT DE CANTICO NOVO. INCIP̄ DE VLIII

Caeleſti gratiae & ſpiritali pluuiae preparanduſ eſt ager & cetiae: imber diuinuſ in proximo eſt. Operemur dilectiſſimi in iſto agro: quod nobiſ creditum eſt. Nobiſ enim datum eſt plantare: rigare: olerare: nouellare. ſed dei eſt incrementum dare. Apoſtoluſ paulꝰ ſ. doctor gentiũ in fide & ueritate. per ſe ipſum & opando & monendo hanc noſ docuit dominicam exercere culturam. dicenſ. Ego plantaui: apollo rigauit: ſed deuſ incrementum dedit; & paulo poſt. Dei enim ſumuſ co operarii; dei agricultura. dei aedificatio eſtiſ. Et alibi. Coopatoreſ mei eſtote frẽſ. & intendite eoſ qui ſic ambulant. ſicut habetiſ formam nr̃am. In iſta itaq; frẽſ dominica agricultura in qua noſ dominuſ operari pręcepit. ſic opemur. ut mercedem promiſſam dono gratiae accipere mereamur. Tempuſ eſt: opemur. laboremuſ. Quinque illa iuga boum. quę ille inuitatuſ in euuangelio dum ad cenã uenire nollet probare ſe uelle dix. & propterea a cena excuſauit: quoniã ſibi ea non agriculturae dominicae comparauit: noſ ea ipſa quinque iuga in agro dominico iungamuſ. Terram duriſſimã. ſulciſ ſpiritalibuſ exaremuſ. Semen uerbi dei proicienteſ. quaſcumq; ſpinaſ malarũ cupiditatum inuenerimuſ. euellamuſ eradicemuſ. diuino igne ſuccendamuſ. ut in tali ope laborante domino deo nr̃o fiducialiter dicamuſ. Domine pater familiaſ. quoniam te adiuuante fecimuſ opuſ qđ iuſſiſti.

redde mercedem quam promisisti. Quae sunt quinque illa iuga
boum. Quinque iuga boum: quinque sensus corporis sunt.
Visus in oculis: auditus in auribus: olfatus in naribus: gustus
in faucibus: tactus in manibus; Et ista iuga sunt. duo sunt oculi,
duae aures; geminae nares; duae manus. Et in ipso gustu geminū
quiddam inuenitur. quando sapor ipse faucibus atq; palato
iudicante discernitur. Ista ergo quinq; iuga terram uersant.
quando suis officiis deseruientes. animam carnēq; parant. aut
ad uberes fruges. si ros caelestis infuderit. aut ad aridas spinas.
si sicca terra remanserit. Et eorū opus in posterū subsequetur.
Sed quoniam nos dominus atque pater familias noster. passī
et sine ulla discretione cuius libet glebae. semen uerbi sui iacere
praecepit. inducit enim in euangelio huius ministri similitudinē.
Adiecit. Ecce exiit seminans seminare; Et dum seminat. aliud
cecidit inter spinas: aliud in uia: aliud in petrosam: aliud in terrā
bonam. Et cum demonstraret quae esset spinosa terra: homines
uidelicet qui uerbum dei spinis cupiditatū praefocant tantum
semen. et non reddunt fructus iustitiae. Ac similiter de alia terra
petrosa. atq; conculcata uia. suae similitudinis propositae redde-
ret rationem. ad terram bonam cum perueniret. ait. Quod autē
cecidit in terrā bonam. hi sunt qui cum acceperint uerbū
dei. custodiunt illud et faciunt. quia non auditores legis
iusti sunt apud deum. sed factores legis iustificabuntur. Non nos
ergo dilectissimi. aut timor spinarum. aut saxa petrarū. aut
durissima uia perterreat. dum tamen seminantes uerbum dei.
ad terram bonam tandem aliquando peruenire possimus.
Accipe uerbum domini omnis ager. omnis homo. siue sterilis
siue foecundus. Ego spargam. tu uide quomodo accipias.

Ego erogem· tu inde qualeſ fructuſ reddaſ· Melius eſt enim ut de
accepto tu pro te rationem reddaſ· quam nobiſ non erogantibuſ
iuſte dicatur· Serue nequam & piger· tu erogareſ· ego ueniens cum
uſuriſ exigerem· Si uero terram tuã infęcundam aut ſpinoſam uel
ſiccã ſentiſ· recurre ad creatorẽ tuum· Hoc enim nunc agitur· ut in
noueriſ· ut fęcunderiſ· ut irrigeriſ. ab illo qui poſuit deſertum
in ſtagna aquarum· & terram ſine aqua in exituſ aquarum· &
habitare fecit illic eſurienteſ· & conſtituerunt ciuitateſ habitatio
niſ· & ſeminauerunt agroſ· & plantauerunt uineaſ· & fecerunt
fructum frumenti· Ex qua terra· ex illa ſterili· ſpinoſa; Et tu una
quęque anima quę accediſ ad xp̃m· terra eſ· ſpinoſa & arida·
Vnde probamuſ quia taliſ eſ· Recole illam ſententiam quam
in primiſ parentibuſ accepiſti· & inuenieſ quid inde traxiſti·
Spinaſ inquit & tribuloſ· pariet tibi· An reſpondebiſ non te eſſe
terram ſpinoſam· Si ſpinaſ non habereſ· capiti creatoriſ tui coro
ſpineam non imponereſ· Quia ergo & tu taliſ eſ· ſpinarum multitu
dine· i· peccatorum pręgrauata eſ· Ideo tibi taliſ cultura impenditur
propterea cruciſ ligno exarariſ· propterea cęleſti pluuię prepararis
ut cum fęcunda effecta fueriſ· non gratuleriſ de tuiſ quę nulla
ſunt merita· ſed reddenſ bonoſ fructuſ. xp̃i prediceſ grãm· Vis
noſſe qualiſ tibi adhibeatur cultura· qualiſ te deſup̃ p̃fundatur
gratia· Ecce agnoſce· Xp̃i cruce exarariſ· quando eiuſ ſigno
in fronte ſignariſ· Eiuſ ſanguine rigariſ· quando in morte ipſius
baptizariſ· Quotquot enim ait apoſtoluſ in xp̃o baptizati ſumuſ·
in morte ipſiuſ baptizati ſumuſ· Multum eſt quod dictum eſt·
eiuſ ſanguine rigariſ· Videamuſ quomodo p̃ aliquã ſimilitudinem
hoc quod diximuſ probare poſſimuſ· Non enim nr̃iſ ſermonibus
ſed documentiſ diuiniſ fideſ accommodanda eſt· Ecce intendite

23

dilectissimi Judas ille malus et falsus discipulus uenalis et uenditor
fur et traditor temptus a iudeis ut eum eis. e[st] mancipium diaboli
precium accipiens de illo qui non habet precium uendit sanguinis
xpi. ex ipso precio ut scriptura narrat emit sibi agrum figuli.
ut is qui hereditatem integram xpm non habebat in celo partem
aliquam habere uellet in seculo Quam nec ipsam possedit quia
sceleris tanti facti sibimet conscius. collum sibi alligauit et prostratus
in faciem. disruptus est medius Ager tamen ille qui ab eo comparatus
est. uocatus est ager sanguinis quoniam ex precio comparatus est
tanti sanguinis Vendidit discipulus sanguinem magistri et emit
exinde agrum figuli Quid est hoc putamus dilectissimi uacare
hanc actionem Comparauit ait scriptura iudas agrum figuli et
uocatus est ager ille ager sanguinis Clamat haec terra quali uel
quo precio fuerit comparata Immo precium ipsum clamat sanguis
ipse Clamat abel iste iustus ab impio fratre occisus Clamat namq;
dilectissimi cum haec similitudo passionis xpi et nequitia iudae ac
iudeorum in illis duobus primis fratribus monstretur. cain et abel
postea quam a maiore fratre minor occisus est ab inuido innocens
peremptus est ab scelerato pius interfectus est interrogat deus cain quasi
inscius quasi ignarus et dicit ei Ubi est abel frater tuus hoc fuit
dicere dei Agnosce cain non me potuisse latere id quod me putasti
posse latere Agnosce quid feceris de proximo age penitentiam ut possis
accipere indulgentiam Verum ille sensu durior in scelere pertinatior
moribus peruersis animo peruersus respondet domino dicenti
ubi est abel frater tuus et dicit Nescio Numquid ego custos sum
fratris mei Quid dicis cain Cui dicis nescio Cum illo loqueris qui
omnia uidet oculis suis quid est quod dicis numquid ego custos sum
fratris mei Talia perpetrando repulisti a te in omnibus timorem dei;

Ubi est abel frater tuus. qui et uox non est ignorantis sed peccatum ante oculos scelerati ponentis ut inexcusabilis sit omnis homo qui et non penitet non iuste in malo;

& dominus illi. Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me
de terra. Si enim esses fratris tui custos: eius non esses interfector. Si
agnosceres fraternitatem: tantam non committeres immanitatem.
Si timeres meum iudicium: in fratrem non committeres parrici-
dium. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et nunc
ait dominus. Maledictus tu a terra. Non maledicta terra:
sed maledictus tu a terra. quae accepit sanguinem fratris tui de
manu tua. Agnosce iam terra quoniam sanguine rigata es
innocentis; conuince uocem negantis. suscipe sanguinem confitentis.
Interrogentur & nunc iudas & iudei. immo in iuda omnis iudei. In
terroget dominus iudam. & dicat ei. Iudas ubi est xps frater tuus? an
forte dicturus es o malus frater. quod xps tuus non fuit frater?
Conuincat te prius ipse dominus: quod tuus fuerit frater. Dic nobis
domine ihesu xpe. utrum iudas fuerit frater tuus. Respondet; & si fuit
fuit. Non enim est quod fuit; & si fuit: fuit. Ego enim generaliter
de omnibus patri dixi. Annuntiabo nomen tuum fratribus meis.
Ecce iudas conuictus es: quod xps fuerit frater tuus. Ubi est frater
tuus? Responde. dic. Sequere. dic quod dixit & ille; nescio. Numquid
ego custos sum fratris mei? Non enim & tu fuisti custos. qui & proditor
factus & uenditor; dic. Numquid custos sum fratris mei. ut respondeatur
& tibi. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quid enim
dicit. Omnis homo. terra. Primus enim homo de terra terrenus.
Et qualis terrenus. tales & terreni. Quid dicit omnis homo. Terra
quando accipit sanguinem xpi. amen dicit. Quid est amen?
Verum est. Quid est uerum? quia fusus est sanguis xpi. Quo
faciente? discipulo iuda tradente. Amen dico. uerum clamando;
dicit hoc omnis homo. terra. Ecce iudas uox sanguinis fratris
tui clamat ad me de terra. Probauimus: quia eius sanguine

rigaris. Vide terra quomodo accipias hunc sanguinē. quia qui eum
bene accipit. accipit benedictionem. Qui uero eum male accipit. iudiciū
sibi bibendo adquirit. hoc figuratum est & in illo agro iudae. de quo dictū
est quod esset ager sanguinis. Secutum est enim. ut diceretur. fiat
uilla eius deserta. Si enim ad iudam pertines. si facta eius imitaris. si
sanguinem xp̄i non cum timore & tremore accipis. eris uilla deserta.
maledicta. reproba. & spinosa. Si aut̄ sanguinem xp̄i tota cū reuerentia
pcipiens. cognoscis p illum tua tibi dimitti peccata. quoniam ager ille
quem comparauit iudas figuli dictus est. habet potestatem figulus
luti ex eadem conspersione. aliud quidem uas facere in honorem.
aliud in contumeliam. O terra tanto rigata sanguine. responde tanto
sanguini. Non sicut cain & iudas uerba excusationis. sed sicut
sc̄i martires uerba confessionis. Responde sicut respondit beatus
stephanus. qui in isto agro dominico ut bonus colonus plurimum
laborando genu fixit. atque de terra petrosa uulneratus. ex ea lapides
in suo corpore tamquam in sinu suo collegit. & sudando inope tr̄a
sancto sanguine rigando. centenum fructum ex martyrio dn̄o
praesentauit. Responde sicut respondit cyprianus. laurentius. ceteriq;
sancti pueri & puellae. aetas omnis & uterque sexus. qui pcipientes
sanguinem xp̄i. testimonium dicentes & non negantes nomen
xp̄i. pro sanguine quem biberunt sanguinem suum fundere non
dubitauerunt. simulque cum perpetua felicitate in aeternum
regnare meruerunt. hoc in apocalypsi reuelante angelo iohes
uidit. turbam magnam quā dinumerare nemo poterat. hanc
requirens quaenam eēt. responsum tale accepit. hii sunt dictū ē.
qui lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni.
Iam agnoscis anima xp̄iana. quemadmodum & tu ex illo sangui-
ne efficiaris candida. ut omni & corpore & corde pulchra ascendas

defonte xp̄i consecrata insanguine Quid enim manauit exillo latere
crucifixi. sanguis & aqua. Ex sanguine rubor. ex aqua splendor. Inistis
duobus sacramentis decorantur singulae animae. Ex quibus una illa
pulchra efficitur sponsa ecc̄lia. cui dicitur in cantico canticorum
Quam speciosa es soror mea dilecta mea. quam speciose sunt genae
tuae; & cum ipse eam talem fecerit. ipsamq; pulchritudinem ei ipse
donauerit. uidens eam talem. quasi miratus exclamat. atq; circum
stantes interrogans dicit Quaenam est haec quae ascendit dealbata.
& illi Aequitas dilexit te Ipsa est regina quae adstitit adextris tuis
in uestitu deaurato. circum amicta uarietate linguarum. diuer-
sarum gentium uarietate decorata Audiens haec sponsi sui uocē dicentis
Quaenam est haec quae ascendit dealbata. Uerecunde etiā ipsa res
pondere cogitur. & dicit suo sponso De me interrogas quaenam sim
quae ascendi dealbata. Ego sum. quam fedam inuenisti. pulchramq;
fecisti Ego sum. cuius preces audisti. quando me inpsalmo cantare
fecisti Lauabis me & sup̄ niuem dealbabor Quid ergo miraris pul
critudinem meam. cum scias hanc esse opera tua. Quid int̄rogas
quod ipse fecisti. Vides me dealbatam. tu lotam. sup̄ niuē fecisti
candidam Vt uideas me ascendentem. te cognoui decelo descen
dentem. te amaui incruce pendentem humilitas tua. facta est
exaltatio mea fęditas tua. facta est pulchritudo mea. Nisi enim
tu decruce uulneratus descenderes. ego dealbata defonte non
ascenderem Vere dictum est. sicut mors dilectio Quo usque
sponsus hic se inclinauit. tantum amando fedam ut faceret
pulchram. usq; ad mortis exitum uenit; & domini mortis exitus
Vidimus enim eum ait propheta. & non habebat speciem neque
decorem Quid miraris. amando talis factus est hanc tamen
amissionem decoris huius timuit petrus. quando p̄nuntiar

domino paſſionem ſuam. dixit Abſit a te domine, propitiuſ tibi eſto;
non fiet iſtud. Sed ille talia ſapientē increpauit. & apoſtolum dia
bolum uocauit. dicenſ Redi retro ſatanaſ. Non enim ſapiſ quae
dei ſunt. ſed quae ſunt hominum. Eſtimauit enim petruſ totā illam
diuinitatiſ pulchritudinē abſorberi potuiſſe in corporiſ humani
ſpecie. & neſciebat agi illud magnū ſacramentum quod propterea
ſe illam pulchritudinē quodam modo expoliaret. ut quam ſibi
coniungere dignabatur ſponſam aecclesiam. eandem ipſam
pulchritudinē ipſe ueſtiret. Non enim dando ꝑdebat. illud
quod erogando creſcebat. Ille dedit. haec accepit; & iſta quod non
habuit inuenit. & ille dando quod dedit non amiſit. quia cum
ipſa pulchritudine a mortuiſ reſurrexit. Quid expaueſciſ petre.
quaſi ꝑdiderit xp̄ſ illam pulchram ueſtem. quando eum nudum
intendebaſ in ligno pendentem. Noli expaueſcere. noli timere. noli
negare; tunicam illam diuinitatiſ atq; immortalitatiſ xp̄ſ non
perdidit in cruce. quia ſponſae ſuae eam conſignauit in dote. Vidiſti
eum o petre non habentem ſpeciem neq; decorem. & continuo negaſti
illum. quem omnibuſ tuiſ relictiſ amaſti. Et non ſolū ſemel. ſed
ſtanſ in atrio ſacerdotiſ. ab una ancilla tertio interrogariſ. & negaſ.
At ubi te gallo canente conuicit preſumptorem qui predixerat
antea negatorem. reſpexit te intuſ in corde. & ut amare fleres. intuſ
quodam modo tecum tacite loquebatur illa ipſa eiuſ diuinitaſ.
& dicebat tibi. Vbi eſt petre. Si poſſideſ amicum. in temptatione
poſſide eum. Vbi eſ in tempore tribulationiſ illiuſ ꝑmane fideliſ.
ut & in hereditate illiuſ cohereſ ſiſ. Vbi eſt petre. animam meam
pro te ponam. & tecum uſque ad mortem. quam celeriter negaſti
quaſi hominem mortuum. quem antea confeſſuſ fueraſ uiui dei
filium; haec dum ille tecum in corde ſermocinaretur. reſpexit

diuinitaſ & fleuit humanitaſ. Agnita eſt dulcedo: & periit amaritudo.
Suſcepta eſt karitaſ: & deleta eſt iniquitaſ. Redit amor: & fugatus
eſt timor. Ecce ſubito quem negauerat quia non habebat ſpeciem
neque decorem: agnoſcit reſurgentem ſpecioſum forma p̄ filiis
hominum. coniunctamq; illi uidet ſponſam tunica illa inmortali
tatiſ: quam antea petruſ timuerat p̄ituram indutam. Videt.
cognoſcit quod talis ſit circumamicta ueſte. & alloquitur illam
ſponſam ipſam petruſ. ut ſeruus huius tunicę dignitatem. ut dicit
animae humanae. xp̄s p̄ uobis paſſus eſt. relinquens uobis exempl̄
ut ſequamini ueſtigia eius. Sequere ſequere ſponſa ueſtigia ſponſi
tui: nullus te metus reuocet a conſortio dilecti tui. Ama amantē
quia prius ille quęſiuit non querentem. amauit non amantē.
Require requirentem: quia prius ille quęſiuit non querentem.
Require & dic ſponſo tuo. Vbi paſcis ubi cubas: in meridie. Ne
forte fiam ſicut op̄ta ſup̄ greges ſodalium tuoꝝ. Quam ſic dilexiſti
pro qua ſanguinem fudiſti. cuius tabernaculum in ſole poſuiſti.
non fiam ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum. Ecce dum
te quęro ubi paſcas ubi cubes: in meridie. Meridies affrica eſt: quę
in ſolis occaſu eſt. & tamen quia ab ortu ſolis uſq; ad occaſum
laudatur nomen tuum. & ſunt qui te praedicant non caſte.
quaerentes quae ſua ſunt non quae tua ſunt: dum te quaero
in meridie id eſt in affrica. ecce greges ſodalium tuorum ſcolae
peſſimae hereticorum. fraus manicheorum. nequitiae pelagianoꝝ
ſup̄ba congregatio arrianorum. Inſultant uelut operte. id eſt
uelut incognite: & dicunt mihi. Quem queris: xp̄m queris:
Ecce hic eſt. ecce illic eſt. Tu autem quia me admonuiſti dicens.
Si autem dixerint. ecce hic eſt. ecce illic eſt. ne abieris poſt eos:
cum te nouerim ubiq; totum eſſe non parteſ defendere ſed

unitatem diligere · facta sum illis incognita & uelut opta & deridentes
me · quia nesciunt te · & quid magnum quia ego ab eis sustineo tale
obprobrium · cum tu eorum nunc usque contumeliosum sustineas
uerbum · eorum qui te cum patre nolunt esse unum · sed diuidendo
inter patrem & filium · inter sponsam & sponsum · magnū incurrunt
sacrilegium · magnum suae animae inferunt morbum · quia nec te
unius unicum sponsum · nec fidelem atq; integrum habere desiderant
medicum; tu autem anima xp̄iana quae ascensura es ex sacratissimo
fonte rubore atq; decore pfusa · omnis speciosa nimis & candida ·
serua decorem tuum · agnosce quid fueris · & quid eris · Vide ne deseras
mensam sponsi tui · ut pulchra pmaneas carnes eius cotidie man
ducabis · ut uitam aeternam habeas sanguinem eius potabis · Vide ne
deseras hanc mensam · Plurimos apparatus hereticoꝝ fuge · Et
si plurima illic prauis disputationibus opponuntur · aut feda sunt ·
aut semia sunt · Non est enim quicquam illic integrum · ubi pat̄
& filius & spiritus sanctus non est unum · Mensa sponsi tui · panem
habet integrum · & calicem sanctum · Quem panem & si confractum
comminutumq; uidimus in passione · integrum tamen mansit
in illa sua cum patre indiuidua unitate · De isto pane & de isto
calice · dicebat ipse dominus · Panis quem ego dedero caro mea ē
pro saeculi uita · Et calicem quem sanctificauero sanguis meus est
qui pro uobis fundetur in remissionem peccatorum · Supius enim
dixerat nisi manducaueritis carnem filii hominis · & biberitis
sanguinem eius · non habebitis uitam in uobis · Quod uerbum
audientes nec intelligentes discipuli dixerunt · Durus est hic sermo ·
Quis eum potest audire · & multi ex hoc uerbo scandalizati · disces
serunt · Cum uideret aut̄ ihs̄ · ait reliquis · Numqd & uos uultis ire ·

Tunc petruſ qui ſcām figuram portabat aecctiae · reſpondit pro omnibuſ
Et ad quem ituri ſumuſ · Verbum uitae habeſ & dimittimuſ te ·
Videtiſ dilectiſſimi quid ſit exire · quid ſit permanere · Qui exierunt
quia uerbum xpī non intellexerunt · non iam diſcipuli ſed heretici
remanſerunt · Qui pſtiterunt · uerbum uitae tenuerunt · Agnoſcite
heretici exitum urm̄ · quia minorem predicatiſ xpm̄ nrm̄ · Et uoſ
cum eo ſtare noluiſtiſ · quia xpm̄ unum eſſe cum patre non
intellexiſtiſ · Ideo foraſ exiſtiſ · uerbum uitae reliquiſtiſ · Non
in uobiſ manet · qui cum patre aequaliſ manet · Audi ipſum
quia ſimul cum patre manet · Si quiſ inquit me diligit · diligetur
a patre meo · & ego diligam eum · & ueniemuſ ad eum ego & pater ·
& manſionem apud eum faciemuſ · Dic mihi obſecro heretice
arriane unam animam tuam ſimul habitat hec trinitaſ pater
& filiuſ & ſpirituſ ſanctuſ · Quoniam & ſpirituſ ſcſ habitat in nob
neſcitiſ inquit apoſtoluſ quia templum dei eſtiſ · & ſpirituſ ſcſ
habitat in nobiſ · An diuerſaſ manſioneſ in corde tuo preparaſ
trinitati · ut maiorem partem teneat pater maior · minorem filiuſ
minor · inferiorem ſpirituſ ſanctuſ inferior · Iam ergo non
habeſ unum cor · ſed duplum aut triplum · Non ergo illic
habitat trinitaſ · Quare · quia dictum eſt · Ve duplici corde ·
Inſenſate inepte fatue · igniſ ſplendor & calor ſimul atque inſepa
rabiliter · nec diſtincte ſed aequaliter habitant · Vna lucerna &
una trinitaſ deuſ ſimul non poteſt habitare animam humanā
Si apud te aequali unitati indiuiduae trinitatiſ non fuerit
digna manſio inuenta · reſpondetur tibi · Ecce relinquetur uobiſ
domuſ urā deſerta · Non enim de lapidibuſ uiuiſ conſtruhiſ tēplū
deo · quoſ rebaptizando pręfocaſ · exhonoraſ · reprobaſ · uaſtaſ · dānaſ ·

exterminas. Nec fundamenta apostolorum sequeris. cum sint ipsi
columnae dei uiui. sup quas fabricauit sapientia domum suam
utconstrueretur uerum illud templum. inquod erat pietatis
magnum sacramentum. Dequo templo dicebat iudeis. Soluite
templum hoc. ⁊intriduo resuscitabo illud. Inpatribus tuis non
habes lapidem angularem. quem secundum diuinitatem pris
aequalem. nec tecum exduabus pennis karitatis. dilectione
dei ⁊proximi te habere demonstras. quia nec deum diligis sic
diligendus est. nec proximum sicut te ipsum. Diliges enim dnm
deum tuum dictum est extoto corde tuo. ⁊extota anima tua.
⁊extota uirtute tua. Da cor tuum patri. animam filio. ⁊
uirtutem spiritui sancto. Ecce tria trinitati. Extribus unum
hominem. unae trinitati sacrificium obtulisti. Heresem arrianã
uicisti. quoniam dominus deus tuus non tres dii. sed dns unus
est. haec est fabrica sca haec est aula uera inqua sunt oues xpi.
non lupi diaboli. Cauete dilectissimi fraudes hereticorum. oues xpi
timete insidias luporum. Videte quia nihil subtractum est utilitati
urae inquantum ipse dns donauit. deannuntiatione uerbi di.
Quid xps sit. ⁊quid aecclia audistis. approbastis. clamastis. Etquare
tanta mala patiamur. uel quibus meritis peccatorum inmanus
tribulantium nos traditi fuerimus cum ante paucissimos
dies loqueremur. simul agnouimus simul fleuimus. Nunc etiã
quid accepturi estis. uel quid eritis. adhuc inauribus uris
insonat strepitus nostrae uocis. Ammonemus uos ut fratres.
obsecramus utpatres. hortamur utfilios. Nolite pdere tantũ
bonum. Amor xpi incordibus uris non refrigescat. Amor matris
huius circa uos non torpescat. quae uos parturit. quae curam
magnam prosalute urae animae gerit. quae spem uram diligit.

quae cotidie redeuntes materno sinu excipit · quae uobis spiritales
cibos preparat · quae ad aeternam saturitatem perducere desiderat · Inma-
culatos filios deo patri uult assignare · quos tanta cura ac sollicitudi-
ne dignatur nutrire · hanc toto corde amate · hanc amando. con-
seruos uestros · fratres uestros dei ministros puro amore diligite · Atque pro
nostra mercede in illo sacratissimo fonte pro nobis orate · Orate pro
pace · orate pro liberatione huius terrae · orate ut misereatur · qui
iuste indignatur · Nouelli filii · dum in uestra sancta natiuitate pater
exultat · uestris orationibus et fletibus mitigate irascentem · quem
sensimus fortiter uindicantem · In summa autem rei apostolorum sanctorum
uerbis utentes · commendamus uos deo et uerbo et gratiae eius
qui potens est custodire in uobis quod ipse donauit · Ipsi gratia
cum spiritu sancto in secula seculorum · Amen · INCIPIT DE CATACLISMO

QUONIAM in proximo est dies redemptionis nostrae · percipite
dilectissimi ea quae uos erudiant · atque corda uestra enutri-
ant · erigant · corroborent · ad timorem dei · Feruor iste
tanti amoris · non pigrescat in cordibus uestris · Nec
putet quis tantum esse christianum · quod his imbutus mysteriis
renascitur ex aqua et spiritu · et postmodum dimittat se uoluptatibus
uariis · Securusque effectus quod in sacramento babtismatis
munierit animam suam · non eam custodiat contra uersutias
inimici · Immo et ipse quantum potest custodiat · et custodiendam
petat · ne tempestatibus huius mundi procellisque depereat ·
Baptizatus est quis · nauis est instaurata · subuncta · uelificata ·
Missa in mare · indiget gubernaculo · quousque ad portum
desideratum perueniat · Mare hoc seculum scilicet. non solum
tempestatibus scopulisque periculosum est · uerum etiam bestiis
cupiditatum insidiantibus abundans · Omni cura · omni sol-

licitudine· omni industria excitati iam uigilent nautę· frequenter
etiam xp̄s inuocetur gubnator· ut nauim tantis piculis ereptam·
adportum securitatis ipse pducat· Baptizatus es· signatus es regio carac
tere· coepisti consequi annonam demensa regis tui; noli· ēē· desertor·
nec ut delicatus miles diffluas puoluptates· & te hostis diabolus inermē
diffluentemque inueniat· sed ut fortis miles quicquid potes age in
hoc bello· ut uirtus tua xp̄s non solum te tueatur· uerum etiā
alii [fr̄e] proficiant adsalutem· Postula arege tuo· arma spiritalia·
Bellum tibi inquit [am] indicitur· inquo enitescas pugnando· ut ad
plenam pacem triumphando puenias· Non contra unum dimicab;
multi enim contra exient aduersarii· Pugnabis enim cum uitiis·
ut beatus martyr cyprianus ait· si depresseris auaritiam·
exurget libido· Quod & si libidinem superabis· succedit ambitio;
& si ambitio ate fuerit deuicta· ira· zelus· emulatio· inuidentia·
supbia· ebriositas· cum ceteris suis pestiferis sociis· unum contra te
dimicantium constituent castra· Sed non metuas; habes qđ agas·
Inuoca dn̄m uirtutum; induat te exalto uirtutem· ut illam
proferas uocem· Si consistant aduersum me castra· non timebit
cor meum; & si exsurgat inme proelium· inillud ego spero; Inillud;
inquo· nisi indomino uirtutum· qui militem suum ita expectat
dimicantem· ut adiuuet laborantem· Baptizatus es· mundatus·
unctus oleo· restauratum est corpus tuum ad priorem statum
primi illius hominis ante peccatum· Noli postmodum male
securus ēē· Adagonem produceris· contra diabolum uitiorum
principem dimicabis· Inarena huius mundi utreq; partes· xp̄i
scilicet & diaboli· Infinita populi multitudo te expectat
luctantem· et quis nā uincat· uide omnem turbam nimia
intentione pendentem· Non dete triumphet pars diaboli·

Vis uincere? caput prius contere inimici. excludendo de corde tuo suggestiones diaboli;

Si uis uincere. noli de te presumere. sed illi assigna uictoriae gloriam. qui tibi donat ut uictoriae perferas palmam. Vis uincere manus tuae fortes inueniantur in bono opere. Vis uincere? fige pedes. non nutent uestigia tua. frequentando spectacula & deserendo aecclesiam. Sed ut haec omnia in tam magno agone. & tam grandi luctamine possis implere uictoriam. mittat tibi dominus auxilium de sancto. & de syon tueatur te. Ecce dilectissimi uenturi estis ad fontem aquae. Non dicatis in cordibus uestris; hoc est totum quod pro magno considerabamus? fons iste uisibilis. similitudo est fontis aeterni; renascemini ex aqua & spiritu. Aqua illa non solum corporis sordes mundat. sed animam a peccatis liberat. Debetis autem nosse. cur uirtus illius aquae. et animae prosit & corpori. Non enim omnis aqua mundat. Sanctificatur haec per consecrationem uerbi. Tolle enim uerbum. & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum. & fit sacramentum. Virtus uerbi per aquam mundauit nos. quia super aquas ambulauit. Ut autem a tempestate huius seculi liberaret nos; uidete potentiam uerbi dei. quemadmodum dominetur cunctae creaturae suae. Quod dicturus sum. nostis. In euangelio legitur; cum quarta noctis uigilia ueniret dominus ihesus ad discipulos suos ambulans super aquas maris. & inueniret eos piscantes quos iam fecerat hominum piscatores. perterriti discipuli putauerunt se fantasma uidere. Accessit autem ihesus. & ait illis. Nolite timere; ego sum. Tunc unus ipsorum. petrus ille presumptor & post ea negator. post uero confessor & amator. si tu es inquit domine. iube me uenire ad te super aquas. Et dominus. ueni inquit. Descendit petrus. & coepit ambulare super mare. plenus fiducia. Dum ambulat. trepidauit infirmitas.

sed statim subuenit diuinitas. Coepit mergi. et exclamauit. domine pereo. Porrexit manum dominus. erexit mergentem. confirmauit diffidentem. et ait illi. Modice fidei. quare dubitasti. Videtis dilectissimi. quantum adiuuet fides. et quantum deprimat infidelitas. Siquis enim ueniens ad aquas babtismi fide plenus est. subleuatur. Siquis infidelis est. mergitur. Sed porrigat manum dominus etiam infidelibus mergentibus. et plenam fidem operetur in cordibus. Audite adhuc aquae sacramentum. quid in uobis operabitur. Proponam figuram. ut ex ea uobis ueritas elucescat. Cum egyptii duris operibus populum premerent hebreum. clamor factus est populi in auribus dei. et deprecati sunt ut eos liberaret a dominatu gentis pessimae. Missus est moyses. qui eos ex egypti educeret seruitute. apud pharaonem principem egyptiorum. fidelissimus dei famulus allegat imperatoris sui iussionem. et quid rex omnium gentium preceperit. auribus durissimi regis insinuat. Obdurat pharao cor suum. nec scire se dicit dominum. atque eius ministros repudians. grauioribus poenis affligit populum. Ex maiori angustia populi. maior clamor exsurgit. Suscipit certamen famulus dei moyses. congreditur cum pharaone. nullo telo. nullo gladio. nulla uisibili indutus armatura. sed munitus potestate diuina. Inferuntur decem plage in egypto. et uindex ira in populum contumacem surgit. ut ex minutissimis animantibus. uermiculis. ranis. et locustis. ceruix caderet superborum. In quibus plagis ultima mors primogenitorum egiptiorum omnium facta est. ut suos iuste perderent. qui alienos iniuste detinebant. Dimittit populum pharao. non uoluntate. sed nimia necessitate constrictus. Pergit populus erutus ad mare rubrum festinans. ut per aquas saluarentur. qui a pessimo hoste liberabantur. Sequuntur egyptii. imminent populo fugienti.

Vident sup se israhelite hostes & inimicos suos. expectant gladium.
Mors inoculis. timor & tremor inmanibus singulorum. ne infauces
caderent persequentium. Exsurgit moyses famulus dei. portans
uirgam quam adno acceperat. & perquam iam multa signa fecerat;
percussit mare. & diuisum est. Ubi est illa potentia. non homini
sed demoniorum. Ubi est uana superstitio paganorum. Numquid
utmare diuideretur. ille neptunus est inuocatus. quem regem
maris esse uolunt. qui regem uerum deum suum agnoscere
nolunt. Virga extensa manu aquas percutit moyses. & statim
cogitur fluctus incumulum. & unda insemet ipsa repressa cur-
uatur. Soliditatem recipit liquor. & solum maris crescit in
pulueres. Ingressi sunt alii saluandi. alii damnandi. Unum
elementum aquarum. auctore totius creaturae iubente. iudicauit
utrosque. Separauit pios abimpiis. Illos abluit. istos obruit.
Illos mundauit. istos occidit. Moyses figuram habuit
domini xpi. quoniam dux fuit populi. Inuirga agnoscite
crucem. Mare rubrum. agnoscite baptismum. xpi sanguine
purpuratum. Regem egyptiorum populumq; eius. auctorem
peccatorum diabolum. cum omnibus ministris eius. Saeuit
diabolus. quando uos uidet perquam baptismi aqua oppressione
liberari. Exclamate admoysen urm. dnm xpm. Et uirga crucis
percutiat mare baptismi. reuertatur aqua. & opiat aegyptios.
Ut quemadmodum nullus remansit aegyptiorum. nihil rema-
neat etiam uestrorum peccatorum. Totum mundet. qui totum
fecit. Reparet perdita. qui creauit omnia integra. Extinguat
pharaonem. diabolum mortis auctorem. & suum populum
liberet perquam salutarem. Audistis dilectissimi figurae illae
quomodo transierint adspeciem ueritatis. Illud superest.

ut noueritis quemadmodum celebrauerit pascha liberatus popłs
ex egypto. baptizatus ut ait apostolus in nube et in mari rubro;
acceperunt preceptum domini per moysen. ut in occissione agni
celebrarent pascha. Ex cuius sanguine postes domus suæ unusquisque
linirent. nec timerent angelum uastatorem. qui signum sanguinis
agni occisi in sua fronte domus haberent. Os inquit dictum est
non comminuetis ex eo. nec relinquetis quicquam in mane.
Cum picridis et azimis. agnum comedetis. Fecerunt quod preceptum
est filiis israhel. Demonstra et tu israhel spiritalis. fili abrahe secundum
fidem non secundum carnem. demonstra et tu quomodo celebres
pascha. habes agnum occisum; demonstra. Ecce agnus dei. ecce qui
tollit peccata mundi. Lini sanguine eius postes domus tuæ;
demonstra. et dic. Ecce crux sanguinis xpi. in frontibus est pudoris
nostri. Dic cum paulo. Mihi absit gloriari. nisi in cruce domini nostri
ihesu xpi. Os non comminuetis ex eo. Dictum est; impletum est
hoc in ipsa domini passione. in ipsius sancti agni immolatione.
quando crucifixus cum duobus latronibus in medio pendebat
ipsa est summa iustitia. liberans unum confitentem. alium
puniens blasphemantem. Ita factæ sunt tres cruces. tres causæ.
Unus latronum xpo insultabat. alter sua merita confessus.
xpi se misericordiæ commendabat. Crux xpi in medium
non fuit supplicium. sed tribunal. Mox ut peregit omnia quę
de se erant scripta. accepto felle et aceto propter illud quod
predictum erat. dederunt in escam meam fel. et in siti mea
potauerunt me aceto. Inclinato capite tradidit spiritum.
Venerunt milites. fregerunt crura latronibus in cruce pen
dentibus. Ad iesum autem cum uenissent. non fregerunt
eius crura. Ut impleretur ait euangelista quod scriptum est

oſ non comminuetiſ exeo. Sed unuſ emilitibuſ latuſ eiuſ apuit.
& continuo exiit ſanguiſ & aqua. quae ſunt matriſ ecclesiae
gemina ſacramenta. Peuſſit latuſ lancea pſecutor. & fudit
precium redemptor. Hic ſanguiſ inebriat mentem. ut amore
obliuiſcatur mundi. Hæc aqua mundat animam. ut corpuſ
sordes careat diaboli. Nec relinquetiſ quicquam exeo. uſq;
inmane. Hoc nunc agitur. Comeditur enim agnuſ pnoctem
huiuſ ſeculi. ut cum mane illud uenerit quod ueſperum
non habebit. non iam offeratur ſacrificium imaginiſ agni.
ſed ipſum agnum quem cotidie comedimuſ & cuiuſ ſanguinē
bibimuſ. Inueniamuſ illic eum ſacerdotem pfectum. quem
hic pro nr̄a salute conſtat occiſum. Quæ ſunt epitriciae
olera amaritudiniſ quae cōmedit iſrahel ſpiritaliſ. niſi uox
illa amara adtempuſ ſcōꝝ martyrum. emiſſa pſanctū dauid
ac dicentium. cibabiſ noſ pane lacrimarum. & potum dabiſ
nobiſ inlacrimiſ inmenſura. & per apoſtolum paulum. In omīb;
tribulationem patimur. ſed non anguſtiamur. Demonſtra
& azima ſcē paule. ex iſrahelita carnali ſpiritaliſ effectuſ.
Celebraſti enim paſcha cum populo ueteri. & quemadmodum
nouuſ populuſ figuraſ inueritate [illegible] conuerteret. tu
docuiſti. tu demonſtraſti. Oſtende ergo azima. conſparſionem
nouam. Non infermento inquit ueteri. neq; infermento
malitię & nequitiæ. ſed inazimiſ ſinceritatiſ & ueritatiſ. O agne
agne occiſe. O xp̄e ſcē. pro nobiſ crucifixe. Qui ut lapſa reparareſ.
incruce pependiſti. Ipſa eſt illa uirga regni tui; crux ipſa inquā
quia uirtuſ ininfirmitate pficitur. Ipſa illa uirga crux. ipſa
illa uirga quæ floruit exradice ieſſe. Ipſa illa uirga quam
portabat moyſeſ. quae conuerſa eſt inſerpentem. glutit

magorum serpentes. doctrina xpi diffusa per omnes gentes. here-
ticos superans dementes. In illo enim populo fidelis. in quo multa
miracula faciebat moyses per uirgam. exurrexerunt magi pha
raonis. facientes & ipsi prodigia contra famulum dei moysen.
Sed ad hoc quędam mira facere permissi sunt. ut mirabilius uin
cerentur. Magi pharaonis quid aliud significabant. nisi omnes
hereticos ministros diaboli. qui sub nomine xpi deuorare cupiunt
populum xpi. Scatent nunc hereses in hanc terram. tamquam
serpentes magorum. quos deuorauit & deuorat ille serpens
exaltatus in ligno. Sed quoniam non est temporis ire per multos.
singulorum capita conterantur. Quomodo exurgunt. sic deuorentur.
Fuit hic ut nostis dilectissimi uiperea doctrina donatistarum.
contrita est. consumpta est. Mox maximianistarum serpen
tina fraus pullulauit. contrita est. consumpta est. Manicheorum
uenenum aspidis surrepserat. contritum est. consumptum est.
Pelagianorum nouum dogma. a ministris diaboli tamquam
magis pharaonis excitatum. illi nostro serpenti certamen indixit.
conteritur consumitur. Cum tot serpentum capita catholica
doctrina contriuerit. dissipauerit. consumpserit. ecce nobis unus
anguis arrianus olim mortuus insultat. caput erigit. Veluti
uiuum se demonstrare conatur. quem iam olim constat fuisse
occisum. Redi moyses noster. redi uirga serpens. Xpe sancte.
ęqualem potestatem cum patre habens. redi. contere capita
draconum super aquas. Confringe caput draconis magni. uiuum
sese profitentis. sed ueram uitam non habentis. Dic tu quis es.
quoniam ille aliud docet quam es. Dic dic. audiamus unde
hereticos conuincamus. Audite quid. quid dicat. Ego sum uia.
ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem. nisi per me. Secundum

diuinitatem. ueritas & uita. Secundum humanitatem. uia. Tu autem heretice
arriane qui minorem uis esse indiuinitate uitam & ueritatem.
sequitur ut non per eum uenias ad patrem. Sed adhuc domine ihesu
contere caput draconis. dic quid sis cum patre. Te audiamus docentem.
non hereticum blasphemantem. Dic quid sis cum patre. Ego
& pater inquit. unum sumus. Dic adhuc. Ego in patre. & pater
in me est. Adhuc dic. Qui me uidet. uidet & patrem. Credis iam
heretice tantae auctoritati. an ipsius testimonium de se ipso non
admittis. sed alios de eo testes inquiris. Ecce introducuntur.
aduersus te dicunt. Conuinceris. refutaris. & legis laqueis irretiris
Dic testis dei paule. qui usque ad sanguinem pro isto testimonio
accessisti. & ne falsae doctrinae succumberes animam posuisti. Dic.
audiat qui conuinci formidat. Conuincatur. qui nec conuictus
mutatur. Singuli quique autem hoc sentite in uobis. quod & in
christo ihesu. Qui cum in forma dei esset. non rapinam arbitratus
est esse se aequalem deo. Audis aequalem. audis formam dei.
& tu audes dicere minorem filium dei. Veniat & alius
testis. ut in duobus uel tribus confirmetur aequalitas ueritatis.
Dic & tu sancte petre. quid tibi reuelauerit. non caro &
sanguis sed pater caelestis. Tu es inquit filius dei uiui. Et
in epistola sua ad gentes secunda. Notam facimus uobis inquit
domini nostri ihesu christi uirtutem. & prescientiam. & magnitudinem.
Audis uirtutem. audis magnitudinem. audis prescientiam.
In quo heretice christum dicis esse minorem. sed audi adhuc. quid
aduersum te hic testis & de filio & de spiritu sancto dicat. Non uolun
tate humana adlata est inquit prophetia. sed spiritu sancto acti
locuti sunt homines dei. Fuerunt uero & pseudo prophetae
in populo. sicut & in uobis erunt magistri mendaces. qui

subinducent sectas perditionis. & qui emit eos. dominatorem abnegantes.
Vides te ualidis testimoniis & demonstrari & conuinci. Negantes
inquit dominatorem. et. qui emit eos. Quem negatis dominatorem.
nisi filium quem dicitis esse minorem. Et qui est qui nos emit.
nisi qui nos suo sanguine redemit. Sed ingrediatur & tertius testis.
ut tres unum uerum testimonium dicant unitae trinitati & trinae
diuinitati. Dic & tu sancte iohannes. qui super pectus saluatoris discum
bebas. & uidebas super caelestia mirabilia. uerbum domini. Dic
& tu inquam. quid noueris filium dei. In principio inquit erat
uerbum. & uerbum erat apud deum. & deus erat uerbum;
& in epistola sua. Scimus inquit. quoniam filius dei uenit.
& dedit nobis intellectum. ut sciamus quid uerum sit. & simus
in uero filio eius. Hic est enim uerus deus. & uita aeterna.
Tu autem minorem dicendo filium qui est uerus deus. non habes
uitam aeternam. Sed ad confutandam contumaciam praesumptam
heresis. ad deglutiendum te serpens magice factus non a ueritate
susceptus. ipse pater testimonium dicat de filio. ut nihil amplius
queras. nihil amplius credas; per prophetam. Tecum inquit principium.
in die uirtutis tuae. Principium pater. principium filius.
Ergo pater & filius principium. sine ullo principio. Tecum principium.
in die uirtutis tuae; in splendoribus sanctorum. ex utero generaui
te. Tamquam diceret; Ut sancti illuminarentur. processisti ex me.
Nec fuit dilectissimi alia causa cur uel ipsa nomina patris
& filii & spiritus sancti se iuncta uiderentur. nisi ut sancti homines instru
erentur. Ceterum quid dictum est moysi ab ipsa substantia
trinitatis. Ego sum qui sum; & sic dices. Qui est. misit me.
Ergo ex utero in splendore sanctorum. generatus est filius. Sed
ne hanc generationem carnaliter uel temporaliter accipes

factum · audi quomodo eum genuerit · Eructauit inquit cor meum uerbum · Iohannes testis dicit · In principio erat uerbum · Deus pater dicit · Eructauit cor meum uerbum · Propheta abacuc dicit · Ambulauit uerbum · Audis deum uerbum · et hoc esse in principio apud deum · et deum esse uerbum; testimonium uox · et ipsius trinitatis unitas per totum mundum contra te clamat · et tu uelut canis rabidus contra totum mundum latras · Sed audi adhuc unde plenius conuincaris · quod trinitas unus sit deus · Patris uox est per prophetam ad filium · In splendore sanctorum ex utero genui te · Patris uox est per esaiam prophetam · de spiritu sancto · Spiritus sanctus inquit a me exiet · Et filii uox est in euangelio · ostendens in se patrem esse et in se ipso · ubi ait · Pater in me manens · facit opera ipse · Filii uox est de spiritu sancto · ostendens quia quomodo procedit ex patre · ita ex ipso · ubi ait discipulis suis post resurrectionem; accipite spiritum sanctum; et insufflauit in eis · ait euangelista · spiritum sanctum dans eis · ac dicens · Si cui remiseritis peccata · remittuntur illi · Unde est et illud apostoli pauli · Si quis spiritum christi non habet · hic non est eius · Si ergo filius in patre et ex patre · et spiritus sanctus simul est et in filio et in patre · non est se iuncta trinitas · ubi est perfecta unitas · Discedat arrianus confusus reus · quia trinitas unus est deus · Sed quando tibi peruersa heresis mea proficiunt · cum sis aspis surda · obturans aures · ne audias uocem incantantium · Noueris te tamen a uirga serpente esse comedendum · dum oues quas tenes captiuas · ad suum ouile ille pastor adduxerit · ut sit unus grex et unus pastor · Iste pastor noster dilectissimi · qui in uirga ferrea pascit et regit · confringit et restituit · Ipse pastor est · ipse rector · Ipse fabricator · ipse architectus noster · Magnum te pastorem uideo domine ihesu · oues pascentem · Errantem

requirentem· inuentā cū gaudio ad gregem tuiſ humeriſ repor
tantem· Magnum te architectū uideo· uirgā portantē· & in uirga
pendentem· & de iſta uirga multa miracula facientem· Multum
expaueſco expoſitionem uirgȩ huiuſ dilectiſſimi· dū loca diuinarū
ſcripturarum conſidero· Virga· maria ſcā· uirga· ipſe xpſ· uirga
crux· Et de iſta uirga· quā magna & mira fecit hic architectuſ;
& arborem fecit cruciſ. ubi ipſe angulariſ pependit lapiſ· & ſcalaſ
cȩli· per quaſ hominem lapſum ad patrem leuauit· Quale mira-
culum fratreſ huiuſ architecti· ut de uirga ſua faceret ſcalaſ· &
taleſ quarū cuiuſ caput in cȩlum poneret· & per eaſ ipſe aſcenderet & deſ
cenderet· & propter confirmationem ipſe ſup eaſ incumberet·
Aſcende ſecuruſ· qui deſideraſ cȩlum; Non te terreat earū nec
anguſtia· nec longitudo· nec altitudo· Nihil timeaſ; non nutant
graduſ eiuſ· quoſ ille architectuſ ſic confirmauit· ut in eiuſ ligno
manuſ ſuaſ clauiſ affigi uoluerit· Vide haſ ſcalaſ huiuſ archi
tecti diſcipulum apoſtolum paulum & demonſtrantem & graduſ
quaſi numerantem & aſcendentem· & quāplurimoſ inuitantem·
Flecto inquit genua mea ad patrem dnī nrī ihū xpī· ut det uob
comprehendere cum omnib; ſciſ quae ſit altitudo· & latitudo· &
longitudo, & profundum· Quatuor graduſ habent· poſiti cruciſ;
non ergo laborioſȩ ſunt hȩ ſcalȩ Quatuor graduſ habent·
& perducunt ad cȩlum· In altitudine cruciſ· caput poſitum eſt
crucifixi· Surſum cor habeat xpianuſ ad dnm· quod interogatū
cotidie reſpondet· & aſcendit unum gradum· In latitudine
cruciſ· manuſ affixȩ ſunt crucifixi; perſeuerent manuſ xpiani
in operibuſ boniſ· & ſecundum gradum aſcendit· In longitudine
cruciſ· corpuſ pependit crucifixi; caſtiget quiſ corpuſ ſuum
obſeruationibuſ· & ieiuniiſ eum ſuſpendat· ut ſeruituti animae

ſubiciat. &tertium gradum aſcendit. Inprofundo crucis. occultum eſt
quod non uides. ſed inde exurgit hoc totum quod uides. Adſit
fides xpiana. quod non poteſt comprehendere credat corde.
Altiora aſe non quærat. ſpes eum nutriat. &tunc quartum gradũ
aſcendit. Per hos gradus aſcenderunt sci omſ. continentes. con
iugati. fideleſ; euaſerunt ruinas mundi. migrauerunt adloca
tutiſſima. ubi iam nec barbaros timent. nec fragiles caſus hu
manos exhorrent. nec corruptiones metuunt. nec egritudines
patiuntur. nec tribulationibus affliguntur. nec ipſam iam
mortem timent. ſed cum deo dedeo uiuunt. Hanc uitam
dilectiſſimi amemus. appetamus. deſideremus. Adquã omſ
qui currit. non graditur uia pedum. ſeduia morum. Boni
ergo mores requirantur. ipſi inomnibus inueniantur. Uterq;
ſexus &omnis aetas. habet inhoc. scõrum hominũ imitationis
exemplum. Imitentur ſenes. mores tobiae. qui cum cęcus eſſet
corpore. uiam uitae filio demonſtrabat incorde. Ille eum
manu ducebat interra. &pater monendo eum pducebat
adcęlum. Imitentur adoleſcentes. ioſeph ſanctum. pulchrum
corpore. pulchriorem mente. quem caſtitas ſic poſſederat. ut
irruentes minæ dominæ. mulieris impudicæ non poſſent eũ
uiolare nec corpore. cuius iam deus poſſederat mentem.
Imitentur uirgines scæ. scãm domini ſui matrem. mariã.
Imitentur uiduæ. religioſam uiduam annam. Imitentur
&coniugatæ. caſtam ſuſannam. Uirgo mater. quod uouit
impleuit. Anna uidua. inorationibus &ieiuniis usq; infinẽ
pſeuerantiam tenuit. Suſanna caſta. propudicitia cõiugali
usq; adpiculũ mortis acceſſit. Intendite coniugatæ. qualis
huius uobis abſcriptura scã imitatio proponatur. Non

enim eam predicat quod fuerit auro· monilibus· uel ueste pretiosa forin-
secus compta· cum fuerit intus pudore castitatis ornata· Omnibus
uitam donauit· qui bonos mores instituit· Propterea namque ipse
uir de femina est nasci dignatus· quia ab ipso uterq; sexus est libat'·
Multa diximus· intentissime audistis· Epulas dominicas liben
tissime comedistis· rependite uicem ministratori u͞r͞o· ut si non
uerbo saltem u͞r͞is orationibus pascar· INCIP͞ DE TE͞PORE BARBARICO

ADMONET dominus deus noster nos non debere negligere n͞r͞a
peccata· quando talem demonstrat iram suam· Ipse quippe
iuste punit nocentem· quia nullum inuenit penitentem·
Quoties dilectissimi intonuerunt atq; intonant tubae
diuinae· agite penitentiam appropinquauit ad uos regnum
caelorum· & clausis a͞urib; cordis. magis opamur mala· & petim͞
ut ueniant bona· Sed talium iudicium iustum dic͞ esse ap͞ts·
In eo enim ipso q͞d talia sapiunt· qui tales sunt· ex malis operib;
posse se bona suscipe͞· obdurati sunt· poenitentiae locum non re-
quirunt· Merito iuste iudicati· qui a semetipsis inueniuntur
esse dampnati· Licet non om͞s hic tangat n͞r sermo· om͞s tamen
adstringit sermo diuinus dicens· Om͞s declinauerunt· simul inutiles
facti sunt· non est qui faciat bonum· non est usq; ad unu͞· Quom͞
om͞s· & quomodo non omnes· Quomodo non omnes· quia sunt
multi qui gemunt & dolent ob iniquitates quae fiunt in medio
eorum· uolentes resistere· sed timore secularium rerum non audentes.
quas adhuc uel adipisci desiderat humana fragilitas· ut amittere
formidat infirmitas· Sec͞dm id quod dolent· non om͞s· Secundu͞
quod rem non timendam timent· om͞s declinauerunt· simul
inutiles facti sunt· Quia plus estimatur timor hominis quam
timor dei· Et preferunt om͞s res quas acceper͞ a deo· ipsi deo·

Ne extollat malus homo· contẽpnitur ds̄ pquem factus est hō.
Vellem uos quidem qui adhuc tales estis· & amore rerum secula
rium obligati peccantibus aut parcitis aut fauetis· uellem uos
quidem aliquibus exortationibus ammonere quid cui rei pre
ponere debeatis· nisi nos fluuius lacrimarum compelleret plan
gere eos qui peccant & nolunt agere poenitentiã. Si est inuobis
humanus affectus· si est inuobis compassionis sensus· unius hōis
mortem flere. dolere. aũ plangere deberemus. Quibus lacrimis
quo gemitu quibus planctibus exagitamur· quando aut
maximam partem· aut pene totam plangimus ciuitatem·
Eger est carus· & uena eius malum renuntiat. Omš qui eum
diligunt· egrotant simul animo. Si eum & inipsa uicinia mortis
ridere uiderint· quẽadmodum abeo omnem spem salutis
ablatam sentiunt· eumq; adhuc uiuum tamquam mortuũ
merito plangunt. Intantãs angustiãs & inipso fine rerum
posita est uniuersa prouincia· & cotidie frequentantur spec
tacula; sanguis hominum cotidie funditur inmundo· &
insanientiũ uoces crepitant incirco. O planctus. omni tristitia
acerbior; O planctus. omni mestitia affligentior;
Plangimus enim dilectissimi & illos & nos· quia & nos digni
sumus qui cum talibus merito flagellamur. Non enim eum
alios accusamus; omnes declinauimus· simul inutiles facti
sumus; prorsus omnes. Nullus est excusatus· quia talis ē iudex·
ut omnis homo ab illo inueniatur reus. Cum enim rex iust
sederit inthrono· quis gloriabitur castum se habere cor· aut
quis gloriabitur mundum se esse apeccato· Aduenit tempus
illud· quod predixit dominus. Putas cum uenerit filius hōis
inueniet fidem interra· Quis habet fidem· quis credit ubis diuinis

quoſ imperitiae neceſſitaſ· cogit adaliena confugere· Inte uero
idcirco nullo modo prorſuſ iſta perpetior· quia eloquentiā
pariter cum ſcientia fidei· tibi uideo non deeē· Tum ego·
Non uſq; adeo inquam duci me puteſ laudibuſ meiſ·
utiniuriam faciam precedentibuſ ſeiſ· nec praeſumam ūq
inſapientia uerbi ne euacuetur crux xpi· ſed ſcripturarū
auctoritate contentuſ ſimplicitati potiuſ obocdire ſtudeo·
quam tumori· Sed meliuſ inquiſ· ratione quiſquam teſti
moniiſ edocetur· Quid ergo· quam rationem afferre poteſ·
ſi partum predicaſ uirginiſ· ſi redditoſ oculoſ non negaſ
cecis· ſi ſepultoſ rediſſe oſtendaſ amortuiſ· Si ergo horum
& inconprehenſibiliſ ratio & ueritaſ prōpta eſt· faciliuſ inne
gociiſ fidei teſtimoniiſ creditur· quam ratio ueſtigatur·
Verum quia non nimiſ inconſequenter duo iſta diſcerniſ· cum
ratione premiſſa· etiam teſtimonia non omittiſ· idcirco inhac
diſputatione id me fateor ſecuturum· quod ipſe probaueriſ·
F· Ergo inquit quoniam otioſi ſumuſ adhomouſion uīi
queſtionem dequo non inter noſ tantum ſed etiam inter
maioreſ nr̄oſ plerumq; tractatum eſt ueniamuſ· Et ne
longiuſ euagetur oratio· ipſe iam utſoleſ pſonam pponentiſ
adſume· & anobiſ rationem nr̄ae fidei· querentibuſ uiciſſi
redditurus inquire· A
Tum ego dic mihi inquā· uerumne ſit· quod te audio
dicere patri homouſion non eſſe penituſ filium· F
Verum eſt; & pſuaderi mihi non poteſt· id ingenitū eē·
quod genitum ne eundem patrē uidear predicare· quem
filium· A
Non ita eſt· Nam ne mihi quidem iſtud inanimo eſt·

eundem ingenitum eſſe quem genitum· ſed id potiuſ ingenitum eſſe quod genitum' F

Et quomodo non eundem ingenitum dicis eſſe quem genitum ſi utrumq; unum putas eſſe non alterum ? A

Animaduerto non eundem ingenitum uim te penitus non adtendiſſe uerborum' Nam dum utrumque unum dico· ſubſtantiam ueri patris ac ueri filii extoto non ſeparo' Et dum non eundem patrē quē filium predico· utriuſq; pſonam ſeruata uniuſ cuiuſq; proprietate diſcerno' Itaq; ſi ſubſtantiā quæris· ipſa trinitas unus dſ' Si pſonam· alter eſt filiuſ ? F

Et quomodo & idem eſſe dicis & alterum filium ? A

Idem inquā cōmunione ſubſtantię· alterum proprietate pſonę · F· Neſcio quo pacto una creditur eſſe ſubſtantia· cum non una dicatur eſſe perſona' A

Non eſt inquam una pſona· quia una genuiſſe· & altera dicitur genita' Et eſt tamen nati & gignentis non diuerſa ſubſtantia· quia non diſſimilis generanti docetur exorta' F

Uelim queſo exemplo m̄ faciliore dicta dilucides' A

In rebus quidem incomprehenſibilibus exempla n̄ ſuppetunt diſputandi· tam̄ inquantum fieri poteſt etiam in hac parte non deero' Ecce igitur homo pater habet hominē filium· eſt commune utriuſq; quod homo eſt' Uni tamen quod filius· alteri propriū uidetur eſſe quod pater eſt' Nam in utroq; ſic pſona diſcernitur· ut eṓmunis humanitas non negetur dum unus gignit alius gignitur· eque aūt homo & qui genuit dicitur· & ille qui gignitur' F

Illud certe dicas uelim· genitus ab ingenito utrum initio ſeparetur an non' A

Ne id quidem spiritalis intellegentiae ueritate recipitur: ut
pater a filio interuentu non dico temporis quod dieb; cõstat
ac noctibus: sed cuiuslibet aeui uel aetatis spatio separet̃. F
Hoc si ita est: duo fateris ingenita. Et quomodo altera patris
altera filii putatur esse p̃sona. cum p̃significatione cõmunis
ingeniti utraq; uideatur esse confusa. A
In hoc quidem a maioribus uris non mediocris calumniae
sophysma contexitur: tamen pauxillum ipsius trinitatis
catholica necesse est simplicitate soluatur. Patrem namque
ingenitũ. filium genitum dico: nec ideo tamen genitum
ingenito coet̃num esse non predico. eo tantum docens ingenitũ cur ĩgenit' p
patrem quia non processit ex altero. eo genitum filium quia cur genit' F
non extitit ex se ipso. Non est commune utriusq; nasci. non
est cõmune non gigni. & commune tamen est alterum ab alt̃o
interuentu medii temporis non diuelli. Itaq; si proprium
patris querimus: sufficit quia solus non habet patrem. Si filii:
satis est quod non habet prolem. Unam autem & coaeternam
patris & filii dicimus deitatem. F
Quantũ ad me attinet: non uideo quid ista nunc colligas.
Nam quãuis aristotelica mecum subtilitate contendas: fieri
tamen non potest ut eum qui genitus est ab eo qui genuit:
nulla aeui intẽcedentis antiquitate discernas. A
Scio equidem ut ille ait quam in difficili loco uersetur
oratio: tamen uerendum nobis nihil est: qui p̃ adiutorium
sci sp̃s testimonium dicimus deo. Quid ergo dicemus: Estne
aliquid in patre quod negatur ingenitũ an non: Si est: non
in toto sed in parte potius dicatur ingenitus. Alioquin: non
ex tempore coepit esse filius. Nam si pat̃nitas non coepit

patris: initium inueniri non potest prolis· Si initium dicitur
prolis: non aeterna paternitas docebitur patris· Et quomodo stabit
quia totum inpatre docetis ingenitum qui ipsius paternitatis
nomen habere putatis initium cum coepisse extempore dicitis
filium· quo nondum extante patrem dici non potest uocitatum·
F· Non sum tam stultus ut tempus preferam filio· sed initiū
dare certum est genito· A
Quid ergo interpatrem & filium dicis mediū nihil fuisse· F
Ita prorsus· A· Quomodo igitur negas filium patri coęternū
qui interpatrem & filium fateris esse nihil medium· ne idipsū
non medium tantū constet esse quam tertium· F·
Quoniam me disputandi arte concludis· id quod amaioribꝫ
nostris dictum est breuiter explicabo· Aiunt enim quotiens
deinitio filii & patris aeternitate tractatur· erat quando non
erat· & antequam nasceretur non erat· A
Quantum aduerto manente male credulitatis errore· sola
uerba mutata sunt· Dixisti namq; erat quando non erat·
Erat istud· adaeuum pertinere uultis an adfilium· Si adaeuum·
idest uelut quoddam ante filii natiuitatem aeternitatis spatiū·
ecce adsuperiorem blasphemiam necessitatem dilaberis· cum
inter patrem & filium tertium quiddam tempus immittis·
dicisq; quia erat ante filium pater & tempus· post hęc duo·
filius· post tria ista· quartus spiritus· Quod si admittimus ut
sine tempore gigni non potuerit filius: uide quam late
pateant ista quae dicimus· Nam si non sine tempore est
filius: certe nec nisi inloco docendus est genitus· Hoc admisso·
ante filium & spiritum· coaeuus quodam modo patri dicatur
& locus· Quod si ita est quod sine loco & tempore nasci non

potuerit filius· inquo loco locum aut inquo tempore factũ
locum dicis & tempus. Si innullo: ecce sine tempore & loco
fieri potuit tempus & locus. Si inaliquo: idipsum tempus uidet̃
& locus. incuius origine similiter & locus requiritur & tẽpus.
Quod si usq; adeo sine tempore & loco fieri aliquid potuit,
utnec inloco locum nec intempore factum doceas tempus.
nescio qua temeritate contendas quod nasci non potuerit
filius· qui quantũ adsanam fidem & locum doceatur fecisse
& tempus. Sed dehis hoc satis. Nunc quid amaioribus uestris
dictum prędicas repetamus. Erat inquis quando non erat. si
erat istud adtempus referas· ecce ante filium tempus. Si
adfilium: numquam non erat filius. Erat enim iam
quando non erat filius aquo factum dicitur tempus. Sed
antequam nasceretur inquis non fuit. Quis quęso non fuit
antequã nasceretur filius. ecce ipso intellectu ante filium
fuisse dicitur tempus. Si autẽ antequã nasceretur filius non
erat tempus. sequitur ut dicatur patri filius coaeternus. inter
quem & patrem nullum fuisse dicitur tempus. maxime cũ
intercętera euangelistis attestantibus. etiam tempus fecisse
dicitur filius. Sed forte depatre dictum aliquis putet. Erat
quando non erat filius. Cui sententiae secuta non concinunt
quibus dicitur & antequã nasceretur non fuit. Non pse
pater semp existens· etiam anobis dici non potest natus.
qui non abinitio docetur exhortus. & inpatre cadere non
potest erat quando non erat genitus. F

Quoniam me uerbis utmea fert opinio inopinata subti
litate certantibus non mediocriter defatigas. idcirco quęso
utsi fieri potest exemplum cuiuslibet rei possibile deesse qđ

docere conariſ oſtendaſ. Neq; enī alit̄ credere poſſum licet ui
orationiſ oppreſſuſ. coaeternum eſſe genitum aut utrumq; patrē
dixeriſ ſibi. A

Quoniam me adinconparabilium rerū exempla compelliſ. idcirco
quae ſit igniſ potentia uideamuſ. Exquo ſemp̄ ſplendor. ſemp̄ eſt
uapor. utrumq; deeo naſcitur. Nec ideo tamen igniſ. ſine horum
quolibet aliquatenuſ inuenitur. Haec tria non ſe inuicem gignunt.
quia non deſplendore igniſ & uapor. aut deuapore igniſ & ſplendor
& uapor ſemper eſt genituſ. Quae cum ita ſint. uideſne etiam in
creatura poſſe aliquid naſci nec oſtendi tamen tempuſ quo id
dequo natum eſt ſine genito potuerit inueniri. Si ergo
uiſibilibuſ exempliſ iſta reſpeximuſ. cur non depatre &
filio uel ſcō ſpū quantū adcōmunē dum taxat atq; indifferentē
aeternitatem ſimilia prędicemuſ. Neque enim ideo neceſſe eſt
patrem & filiū & ſpm̄ ſcm̄ aeque dicamuſ ingenitum quia
nullum abaltero. aeuo interueniente dicimuſ ſeparatum.
cum etiam exaliiſ rebuſ quaedam genita. nec ideo tamen
aut aeque gignentia. aut ſine inuicē docentur extantia. Sed
quid prodeſt horum multa colligere cum paucorū teſtimo
niiſ etiam cetera liceant aeſtimari. F

Quoniam ſententiam meam precedentium patrū auctori
tate fundatam noua diſputandi arte conturbaſ. idcirco
uelim mihi dicaſ denatura filii dei. ideſt ſubſtantia ipſa qd
ſentiaſ. Si enim utdicere uoſ soletiſ humouſion eſt patri.
ipſe quodam modo pater eſt ſibi. Alioquin. conſubſtantialiſ nō
poteſt eē genitori. Nam quidam nrm̄ homouſi. opinionē.
ridere ſic ſolebat dicenſ. Si non extrinſecuſ ſed exeodem ipſo
prolatuſ eſt filiuſ. in duoſ quodam modo diuiſuſ eſt unuſ.

quandoquidem non aliud gignenſ dicitur eē· quam genituſ·
A· Dum noſ dicıſ ariſtotelica arte contendere· ipſe addialecticoꝝ
laqueoſ uideriſ confugiſſe· Sed noſ fidei ueritate confiſoſ· neq̄q̄
poſſunt iſta terrere· Quid igitur dicıſ· exſubſtantia credo patriſ
naſci filium nequiuiſſe· ne ingenitum patrem filii uideamuſ
generatione diuidere· Quod ſi ita eſt· male creditur filiuſ·
qui non expatre ideſt non exeodem ipſo genituſ· ſed extrinſecꝰ
factuſ inter alia predicatur· Quod ut ſit intellectu faciliuſ
idipſum poſſe explicari· filiorum namq; adoptiui alii· naturales
alii ſunt· hii qui geniti abinitio· filii ſemp̄ ac proprii· Illi
primo alieni· poſt filii· padoptionem infamilia uidentur
adſciſci· Quibuſ ergo comparanduſ eſt filiuſ dei· Si adoptiuiſ·
erit apud patrem ſimiliſ nobiſ· Si propriiſ· exſubſtantia ſubſtitiſſe
dicenduſ eſt genitoriſ· Sed induo inquiſ ſubſtantia paterna
diuiditur· ſi exſolo patre ſubſtantialiter filiuſ generatur· hoc
quam ſtultum ſit· etiam uiſibilia ipſa noſ docent· Quiſ enī
umquam uel carnalium patrū gignendo diuiſuſ eſt· Quod ſi
nec incondicione corporiſ cadit ipſa diuiſio· nemo ſic genuit
filium ut ſe pderet medium· Et ſine integritate patriſ· non
potuiſſe naſci dicitiſ filium· Sed quid plura· Natiuitatē
filii dei ortumq; rimantibuſ· hęc niſi fallor occurrunt· ideſt
aut expatre ſit· aut nihilo· aut exaltero· aut exſe ipſo· hoꝝ
quęſo conſequentiam uideamuſ· Si exſe ipſo· non recte filiuſ
dicitur qui non natuſ ſed ingenituſ predicatur· Si exnihilo·
creatura cum ceteriſ· non creaturę auctor oſtenditur· Si ex
altero· non eiuſ cui credimuſ· ſed neſcio cuiuſ ignoti patriſ
filiuſ predicatur· Quod ſi preter quattuor hęc inueniri non
poteſt quintum nec dehiſ ppter euidentem blaſphemiam

tria predicari penitus possunt· restat ut substantialiter dep̄re-
sit genitus· quia ut diximus nec inueniri quintus· nec p̄ter
primum de his doceri potest aliquis modus· utpote cum
nec creatura· nec alterius patris filius· nec ut pater dicat̄
ingenitus· F

Quasi uero ego aut preter haec quantum aut de his tribus
aliquid predicari· qui sic non ex substantia patris extitisse
filium dico· ut tamen ex eius uoluntate non neḡ genitū· A·

In unum de supradictis consequentia ipsa detruderis· Cum
enim de filii substantia requirimus quem tu ex patre
substantialit̄ genitum non fateris· sine dubio inter alia
ex nihilo factum esse contendis· Quando quidem nec cor-
ruptibiles quidem creaturas dicimus substitisse· nisi
ut has deum & uoluisse p̄ ineffabilem dispensationem· &
potuisse p̄ singularem potentiam dicamus efficere· dum
& uoluntatem fuisse nouimus quae placuit deo· & potestatē
qua posse subiacet domino· F

Ergo ad exstantiam filii potestas paterna n̄ sufficit· A

Quasi ego de potestate patris· & non de ipsa paternitatis ūitate
contendam· An ei se dici maluit patrem· quem non sibi
sed creaturis uoluit esse consimilem· & ideo fatendum tibi
est ex substantia patris extitisse filium· si & natus & d̄s
est· aut filium pater deum negare si non ex paterna sub
stantia sed ex nulla op̄ante tantum sicut &iam malis
creaturis patris uoluntate & potestate creatus est· F

Quoniam me ad eius confessionē necessitate compellis·
id quod a maioribus n̄r̄is dici adsolet non tacebo· Aiunt
enim creaturam esse filium· sed p̄fectam· & quę dominari

possit omnibus creaturis. AUGUSTINUS

Gaudeo quidem quod in religiosae predicationis initio. uirus manifesta confessione prodideris. Nihil tamen quod credulitate dignū uideatur opponis. Creatura namque est. ex eo quod adhuc non est ut aliquando non fuit rei cuius libet corruptibilis quantum in se est par omnipotentis dei uoluntate facta substantia. Hec definitio utrum in dei cadat filium. uideam. Nam filius in eo quod est indifferentis naturae ueritate prolatus est. qui ex eo qui est id est ex gignente non dissimilis natus est. Et ideo inter filium et creaturam primum ni fallor ista discretio est. quia ille ex patre substantialiter gignitur. creatura non ex substantia facientis sed ex sola uoluntate ac potestate perficitur. Ista corruptibilis per naturam nisi fuerit seruata per gratiam. ille incorruptibilis. qui nascendo incorruptibilem ex incorruptibili patre uidetur habere substantiam. Filius per omnia similis patri. dissimilis creaturae. Factor ille non ex eo quod non est in id quod est. et propterea numquam in id quod non est ex eo quod est. Illa ex eo quod non est in id quod est. et propterea quantum ad se attinet ex eo quod est. in id quod non est. sui ortus conditione reuertitur. FELICIANUS DIXIT

Non uideo quid inarchano huius obscuritatis inuolueris. et ideo recte facies si id quod a te ut mea fert opinio incomprehensibiliter dictum est intelligibilius explicueris. A

Dixi inquam de filio cum eum a creaturae diffinitione discernerem. quoniam is non ex eo quod non est in id quod est. Quod tale est. ac si dicerem. Non ex nihilo factus est. et propterea numquam in id quod non est ex eo quod est. id est numquam in nihilum ex se ipso

quod eſt naturæ ſuæ proprietate ſoluenduſ eſt· Creatura
uero exeo quod non eſt· inid quod eſt· Quo oſtenditur·
quia exnihilo prolata eſt· Etpropterea quantum adſe
attinet· exeo quod eſt inid quod non eſt· ideſt innihilum
niſi perpetua gratia fecerit· naturæ ſuæ qualitate uertenda ē·
Ergo numquā non erit filiuſ qui ſubſtantialiter docetur
eſſe perpetuuſ· & hoc utpote proprio acondicione omnium
creaturarum quæ per ſe ipſum factæ ſunt· non iniuria noſcitur
ſeparanduſ· F

Licet intelligentiam meam noua rerum ſubtilitate per
ſtringaſ· neſcio tamen quo pacto dicaſ quod coaeternuſ
patri ſit filiuſ· cum & communi loquendi modo & naturę
lege prior gignenſ uideatur· eē· quam genituſ· A

Si naturae auctoritatem creaturarum legibuſ eſtimamuſ
dum anteriorem· eē· prēm filio predicamuſ· cur non eādē
naturæ lege fortiorem prē filium pro acceſſum temporiſ dicimus·
dum nec huic deſunt crementa naſcenti· & inbecillitatiſ
iniuriam ſenectuſ ingerit patri· Quod ſi hoc ratio ipſa non
recipit· omittamuſ inde o corporaliſ intelligentiæ legem ne
operibuſ ſuiſ ſimilem dicamuſ eſſe factorem· maxime
cum exeo quod apud noſ euidenſ eſt· & iam id quod
inocculto eſt poſſumuſ oſtendere· Sicut enim ſine exemplo
mater genuit auctorem ſuum· ſic ineffabiliter pāt genuiſſe
credenduſ eſt coaeternum· De matre natuſ eſt qui ante iam
fuit· depatre qui aliquando non defuit· Hoc fideſ credat
intelligentiam non requirat· ne aut non inuentum putet
incredibile· aut repertum non credat ſingulare· Ecce enī
dematre natuſ eſt xpſ nec ideo eſt per contactū uiri patriſ

pudor imminutus. Virgo peperit quia uirgo concepit. Et
non reseruato rerum ordine ex integro matris corpore
integrum corpus xps adsumpsit. Si ergo nouo more nullo
exemplo secdm carnem natus docetur ex corpore quid mirũ
si non secdm consuetudinẽ humani partus processit ex patre,
non minus p substantiam matris ex sola genitus filius. Sine
damno corporis parientis natum filium nouimus corpus &
minuisse incorporalem patris substantiam creditur. cum ex eodẽ
ipso ex quo substantialiter atq; incorporaliter est prolatus.
dicitur genitus. Ergo si naturam rerum intelligentia duce
ppendimus. demus initium si non negamus occasum. Alioquin
ideo filio non habere dicamus initium. quia non per grãm
sed per naturam fatemur esse ppetuum. Adsũmã. maior &
minor tribus modis dici potest. Id est aetate. forma. potentia.
Aetate. senior puero. Forma. longior paruo. Potentia. fortior
imbecillo. Videamus. utrum aliquid horum accidat filio.
Nam nec aetate minor est quem de principio patre ẽstat
extitisse principium. nec forma. quem non aliud fas est
predicare quam deum. Nec potentia. a quo totũ nouimus
esse perfectum. S A F

Scire cupio quo pacto ad filium transit dignitas patris. &
ad patrem non recurrit humanitas prolis. S A

Non secdm naturam ista nunc dici. cotidianarum rerum
exempla nos docent. Ecce enim putemus aliquem regẽ
ac regis filium depositis regię maiestatis insignibus.
subiecti militis indumenta suscipere. & propter certam
patris dispensationẽ ac sociorum salutem. rebellium con
tumelias sustinere. Numquid quia hoc participiũ regię

poteſtatiſ certum eſt natiuitatem decurrere· idcirco adeum
qui genuit iniuriam filii non compatiendi affectu ſed ipſa
paſſioniſ proprietate certum eſt ꝑuenire? Non ita eſt· quia
non exfilio patrem ſed expatre filium certum eſt natū eſſe·
Et propterea totum inter hoſ ſimile dicimuſ qđ pertinet
adcōmunionem naturæ· illud proprium quod ꝑaccidenſ
uni noſcitur eueniſſe ꝑſonae· Habet ergo naſcendo totū
filiuſ cum patre quod pater eſt· ſed non defilio pater qcqđ
ſpecialiter ipſe perpeſſuſ eſt· Non enim utriſq; cōmune
eſt quod exhomine natuſ eſt homo· accidenſ ſpeciale·
qđ plerumq; ſine preiuditio cōmuniſ naturæ neuter
habere docetur inaltero· Una eſt patri ſubſtantia· una
ꝑſona· Hæc cum genuit· exhac ſine dubio non diuerſa
noſcitur extiſſe ſed altera· quae non aliud docetur eſſe
quam prima· dum & communiſ docetur· & propria·
Communiſ inquam unitate ſubſtantiæ· propria diſ
cretione ꝑſonae· Cum ergo inſe extet illa quæ nata
eſt· non quicquid huic acciderit adgignentem neceſſa
rio tranſit· ſicut adnaſcentem quicquid proprium ac ſub-
ſtantiale gignentiſ conſtat eſſe ꝑuenit· Non enim ſicut
filio ipſa generatione collata eſt diuinitaſ patriſ· ſic ad
patrem refertur cura egritudo pauptaſ morſ humilitaſ
proliſ· Quod ideo non fit· quia quamuiſ deuna ideſt
patriſ ſubſtantia fuerit ſimiliſ genita· tamen quia iam
inſe ipſa extat· quæcumq; huic extrinſecuſ ingeruntur
non cōmunia dicuntur eſſe ſed propria· Si ergo humani
generiſ iſta conditio eſt cum non uſq; adeo filii abeo qui
genuit inaliud umquā mutata ſubſtantia eſt· ut non

eadem possit esse sed altera · dum extrinsecus filio accidentib;
multis manet nihilominus natura communis· quid nos
dedeo atq; eius filio dignum est credere quid decet p̄dicare·
quorum quamuis sec̄dm indiuisae maiestatis simplicem
gloriam non sit natura dissimilis· specialiter tamen afilio
corpus adsumtum est· uthumiliaretur infirmitate carnis
nr̄ae qui pati nihil poterat incōmunis diuinitate substantiae·
Non adsumsit homo hominis filius alteram naturam· Etcū
ineadem quae cum patre cōmunis est patiatur· adpatrem tam̄
non transmittit iniuriam· Nec &humiliatus infilio ds̄ pat̄
passibilit̄ creditur· cum non ineadem ipsa quae utrisq; com
munis est· sed innr̄a potiusquam solus ipse suscepit iudeor̄
creditur pertulisse p̄fidiam· Adsūmā· quid precor est quod
pendebat incruce· quid est quod lancea dicitur uulnerasse·
caro passibilis an substantia deitatis· Si maiestatem profanus
incorporei predicator adsumpseris· corruptibilem deum uideris
credere· Si passibilem carnem· non est communis ista cum
patre utp̄hanc eum possit crux illa contingere· F
Dum torrentis modo omnia quae anobis sunt dicta pre
cipitas· duos admodum xp̄os non unum predicas· & non
inmerito· Nam si meo nihil penitus diuinitas pertulit·
sec̄dm hominem xp̄s alius fuit· Alioquin passectum com
munis deitatis· etiam adpatrem passio ipsa peruenit· A
Non ita est· Ego enim saluatorē nr̄m non confundo
non diuido· ne aut incorpoream & imaginariam carnem
aut carnalem & mortalem predicem deitatem· N̄ separo·
ne dei patris unam sec̄dm carnē· & alteram sec̄dm maiestatē
introducere uidear prolem· Quia idem dei filius & sine

initio proceſſit ex patre· & ſecundum tempus naſci eſt dignatus ex uirgine·
Inpaſſibilis in ſuo· paſſus in noſtro; dum inconprehenſibilem maieſ
tatem uelut quodam indumento carnis ueſtire eſt dignatus
ex utero· una mediatoris perſona non una ſubſtantia· Vna in qua
perſona· ne ſit non unus xpiſtus· Non una ſubſtantia· ne mediatoris
diſpenſatione ſubmota· aut dei tantum dicatur aut hominis filius·
Non ergo in xpiſto ſuſceptam carnem perpetuitate diuinę generatio-
nis extendo· nec immenſam deitatem in corporei ortus aetate
concludo· Quia idem in diuinitate auctor eſt rerum· qui in carne
redemptor eſt hominum· Idem inpaſſibilis in ſe· qui paſſus in cor-
pore· dum ſic utriuſque naturę proprietatem uere ex utraque gignenti
ſimilis natus expreſſit· ut & ueram carnem ſuſcepiſſe eum conſtet
ex matre· & indifferentem deitatem habere conſtet ex patre·
Quibus in unam perſonam inconprehenſibili mediatoris diſ
penſatione coniunctis ſeruauit ſingulis propria· ſed coniunxit
propriis aliena· Seruauit propria dum non amiſit immenſitatem
deitatis· & infirmitatem non reſpuit carnis· Coniunxit propriis
aliena· dum idem atque inſeparabilis xpiſtus & proprio carnis occi-
ditur· & proprio deitatis apud inferos non tenetur· Proprio
carnis guſtauit uita mortem· proprio deitatis perpetuam reddidit
carnem· Non ergo recte dicitur in filio pater eſt paſſus· quoniam
in carne quae ei non eſt cum patre communis paſſus eſt filius·
Itaque glorificata eſt caro maieſtate· dum maieſtas humiliata
docetur in carne· Sed utrumque non de duobus xpiſtis ſicut
putas· ſed de uno atque eodem ipſo quem poſt partum uirginis
deum & hominem nouimus nos certum eſt praedicare· F
Si ergo ex uirgine natus eſt xpiſtus· quomodo deo patri dicitur
coaeternus· A

De hoc quidem nobiſ etiam aduerſuſ alioſ diuerſa contentio
eſt· Et ideo ne difficilior ſit explanatio ueritatiſ· cauſam primũ
proponamuſ erroriſ· Nam ab uno male credulitatiſ orſi
principio· in duo quodam modo intelligentię diſſimiliſ
deliramenta funduntur· Eſt namq; utriſq; commune· unã
xpi natiuitatem non duaſ predicare· Sed alii illam principalẽ
qua ante omnia ex deo natuſ eſt dſ· alii hanc tantum qua
ex uirgine proceſſit hic dominuſ proprii dogmatiſ definitione
recipiunt· qui per conſequentiam male iacti ſeminiſ in ſimiliſ
blaſphemię baratrum ceciderunt· Ecce enim qui ex uirgine
non credunt natum· omnem euangeliorum fidem· omnem
baptiſmatiſ utilitatem· omnem apoſtolorum predicationem·
et ad ſummã omnem noui teſtamenti auctoritatẽ uelut
quadam iudaicę incredulitatiſ cęcitate ſubuertunt· Et ideõ
ne ipſam maieſtatem quidem dei filii cognouiſſe putandi
ſunt· quia ſacramentũ mediatoriſ quo eum innoteſcere pat̃
gentibuſ uoluit· abiecerunt· At uero hii qui non ex patre
ante omne initium ſed ex tempore uirginiſ partu natũ eẽ·
contendunt· non eum creatorem omnium· non dominum
omnipotentem patri ac maieſtati conſimilem didicerunt·
Quomodo enim feciſſe putabitur cuncta· ante quẽ cuiuſ ortũ
fuiſſe certum eſt uniuerſa· aut quomodo eiuſ [illegible] t pr
diuinitaſ eſt profitenda quo nec dum nato facta ſunt
ſingula· uel quomodo eiuſ diuinitaſ creditur eſſe perpetua
cum non ſemper ut patriſ ſed ex tempore predicatur effecta·
Negant igitur etiam hii quodam modo mediatoriſ conſe
quenti rerum neceſſitate miſterium· quia non deum et
hominem· non ex ęternitate et ex tempore· non ex uirtute et

infirmitate · non ex patre · ante omnia patri ſimilem filium ·
ex matre inter omnia · uerum non imaginarium hominiſ
filium · in manifeſto · non per ueriſimilem natum p̄dicant
xp̄m · Quo fit ut ne in carne quidem noſſe putandi ſint
deum · qui ante aſſūptionē carniſ de patre non putant genitū ·
Videſ igitur quo pacto inter hoſ licet diſcrepantibuſ mediiſ ·
idem tamen initium idem exituſ docetur erroriſ · Noſ contra
ſic natiuitatem utramque defendimuſ · ut neutrum alteriuſ
affirmatione tollamuſ · Nam nec temporalem primae illiuſ
p̄petuitate damnamuſ · nec aeternam huiuſcemodi temporaliſ
breuitate concludimuſ · ſcienteſ uerbum dei inſeparabilem ·
& huiuſ uerae proliſ poſtea ueriſſimam carnem · non tunc
fatenteſ xp̄i diuinitatem cepiſſe cum uirgo concepit · nec tē
cepiſſe carnem cum ineffabili quodam partu monaſylla
ſine intercapedine medii temporiſ in nullo differentē monadē
niſi quod monaſ dicitur eſſe genuit · Non infirmitatem
uoluntariam xp̄i omp̄ſ eiuſ maieſtaſ exhorruit · non
omnipotentiam infirmitaſ corporaliſ extinxit · Scio ad in-
feroſ diuinitatem filii dei deſcendiſſe proprietate carniſ ·
ſcio ad cęlum aſcendiſſe carnem · merito deitatiſ · Non eſt
deo proprium quod famem ſenſit · ſed dei propriū eſt
quod paucis panibuſ tot milia hominū ſaginauit ·
Non eſt propriū carniſ quod ſup frementeſ undaſ ſicciſ
pedibuſ ambulauit · ſed carniſ eſt propriū quod ſputa ·
palmaſ · flagella ſuſtinuit · Vnuſ tamen atq; idem xp̄ſ eſt ·
qui & iniuriaſ totienſ p̄tulit · & actuſ in profundo non merſit ·
Ex hoc pacto in mediatore dei & hominum iniuria ſiu
corporiſ affectam fateor deitatem · ſicut maieſtate diuinitatiſ

glorificatam nouimus carnem. Ergo xp̄s mortuus est quia
resurrexit. Nec ideo tamen utrumq; ex uno. sed ex singul
singula. In utroq; tamen profectus ipse compleuit. dum
unus atq; inseparabilis tamdiu uniuersa compleuit. Uno
mortem gustauit. altero mortuos suscitauit. Sicq; se deum
& hominem utriusq; uerus mediator nec geminata p̄sona.
nec substantia confusa monstrauit. Ingressus est uirginis
uterum dei filius. ut iterum nasceretur ante iam genitus.
Qui suscepit totum hominē. qui iam habebat a patre plenissimā
deitatem. Non dissimilis genitori cum nasceretur ex aeterno
p̄petuus. non dissimilis homini cum ex matre nascitur moriturus.
Idem tamen aeternus in suo. & moriturus in n̄ro. dum utrūq;
continet ex se ipso. & neutrum p̄dit ex altero. Sicq; ex deo & homine
non imp̄fectus sed in diuersa proprietate plenissimus natus
est xp̄s. sicut ex anima & corpore unus quisq; hominum docet̄
esse perpetuus. Non alius homo corpus. alius animus. quãuis
aliud animus aliud corpus. unus tamen atq; idem homo.
& corpus docetur & animus. Rursum non unum atq; idipsū
corpus & animus. quia ex utroq; homo factus est unus. Non
enim haec aut substantiam confundunt in unitate p̄sonae.
aut p̄sonam geminant diuersitate substantiae. quando quidē
unus ex his homo noscitur extitisse. non perdunt propria.
Sed quia in unum atq; inseparabile conuenerunt. ex p̄pris
uidentur facta communia. Afficitur in corpore mens
doloribus corporis. fatigatur corpus cogitationibus mentis.
& unum tam̄ horum proprium est corporis. alterū mentis.
Quod dum uni homini acciderit. & corporis commune
uidetur & mentis. Sic post partum uirginis non alius dei

&alius hominiſ· ſed idem xp̄ſ dei &hominiſ filiuſ fuit· Et ſicut
inuno homine aliud animuſ aliud corpuſ· Sic inmediatore
dei &hominū aliud dei filiuſ· aut hominiſ fuit· unuſ tamen
exutroq; xp̄ſ dominuſ fuit· Aliud inquam prodiſcretione
ſubſtantiae· non aliuſ prounitate ꝑſonae· F
Inſuꝑioribuſ quidem· me adcredendam xp̄i exmatre natiui
tatem ſalua ꝑpetuitate compuleraſ· Sed quia contra rationē
ui orationiſ extorta non innobiſ poſſunt eſſe continua· idcirco
cum adpropoſitionē meam ſollicita intentione reſpicio· necdū
mihi uideor inhiſ quae a te dicta ſunt inueniſſe quod quero·
Neſcio enim quomodo natum doceatiſ extempore· quem
coaeternum patri dicitiſ iam fuiſſe· Naſci enim eſt· uelut
quidam motuſ rei non extantiſ antequam naſcatur· id
agenſ beneficio natiuitatiſ utſit· Quo colligitur xp̄m qui
erat· naſci non potuiſſe· ſi naſci potuit non fuiſſe· A
Adinquiſitionem noſ inconprehenſibilium rerū noua
interrogandi curioſitate compelliſ· &ideo non niſi q̄buſdā
exemplorum liniamentiſ poterit explicari quod quaeriſ·
Patere igitur me proaffirmato afferre rem alteriuſ queſtioniſ·
quia cum eam non profide ſui ſed proalteriuſ oſtenſione
nunc profero· non meam me conicias explicare q̄d credo·
ſed ita me credere adpreſenſ puta· utintelligere faciliuſ poſſiſ
iſta quae dixero· Fingamuſ ergo ſicut pleriq; uolunt eſſe
inmundo animam generalem quae ſic ineffabili motu
ſemina cuncta uiuificet· utnon ſit concreta cum genitiſ
ſed uitam preſtet ipſa gignendiſ· Nempe cum hec mutū
paſſibilem materiam aduſuſ ſuoſ formatura ꝑuenerit·
unam facit ſecum eſſe ꝑſonā· Cuiuſ rei quam non eandē

conſtat habere [ſub] conſtantiam. & fit opante anima & paciente
materia exduabuſ ſubſtantiiſ unuſ homo. cum aliud anima
doceatur. aliud caro. Sicq; animam naſci fatemur exutero. quā
aduterum uenientem uitam dicimuſ contuliſſe concepto. Naſci
inquam exmatre dicitur. qui exhac ſibi corpuſ aptauit inquo
naſci poſſet. Non quia antequam naſceretur quantum adſe
attinet ipſa penituſ non fuiſſet. Hic ſi uerboꝝ uim cotidiani
ſermoniſ contemplator attendaſ. cum alia proponimuſ. obpu
gnanda predicamuſ. Etinhiſ tamen uerum conſtat. eē. quod
dicimuſ. Exmatriſ utero cum corpore ſcimuſ animā naſci.
ſed &iam matre priorem uidemuſ animam prędicari. In
filio mater animam gignit. ſed tamen &iam ipſa mater
non niſi anima uiuit. ſine qua neipſa quidem poteſt eſſe
quae genuit. Itaq; ſi originem animantiſ potentię requiramꝰ.
prior eſt anima matre. & exhac rurſuſ nata uidetur eē. cum
ſubole. Prior inquam anima. perquā mater eſt animata.
Prior mat̄. perquam infilio nata uidetur & anima. Sed non
mater incarnem animam uertit. nec carnem inanimam
commutauit. Sed animatam carnē deutero matriſ. idem
carniſ & animae & totiuſ hominiſ creator exhibet. qui perdiſ
penſationem analogiae diuerſa iungentiſ inuno atq; eodē
homine. & utrumq; inſolubili unitate coniunxit. & neutrū
exalteriuſ participatione confudit. Sic ergo immo multo in
comprehenſibiliuſ atq; ſublimiuſ. natuſ ſuſceptione ꝑfecti
hominiſ dematre filiuſ dei. qui eſt ꝑomnipotentiam ſingularē
genitiſ omnibuſ non facultaſ tantum. ſed & cauſa naſcendi.
Secd̄m hominē inquam deuirgine natuſ eſt dſ. eo pacto
quo cum corpore naſci docetur & animuſ. Non quia utriq;

una ſubſtantia· ſed quia exutraq; fit una p̄ſona· Non aliuſ homo
corpuſ· & aliuſ animuſ· ſed unuſ homo corpuſ & animuſ· Sic poſt
partum uirginiſ non aliuſ dei filiuſ & aliuſ hominiſ· ſed idē
xp̄ſ dei & hominiſ filiuſ· Et ſicut inuno homine aliud corpuſ
& aliud animuſ· ſic inuno mediatore aliud dei & aliud hoīſ
filiuſ· Sed idem tamen & non aliuſ dei quā hominiſ filiuſ·
quamuiſ propter aliud dei· & propter aliud hominiſ filiuſ· Non
abinitio carniſ coepiſſe dicimuſ filium dei· ne temporalem credat
aliquiſ deitatem· Non abaeterno filii dei nouimuſ carnem·
ne non ueritatem humani corporiſ ſed quandam eū ſuſcepiſſe
putemuſ imaginem· Neq; enim conſumit maieſtatem filii
dei ueritaſ carniſ· aut ueritatem carniſ inmenſitaſ deitatiſ·
dum unum radiat uirtutibuſ ſuiſ· aliud doceatur infirmita
tibuſ nr̄iſ· Unuſ aut̄ atq; inſeparabiliſ xp̄ſ· & humiliatur
adſumptiſ· & glorificatur inpropriiſ· cum affici non dedignat̄
iniuriiſ· & equalitatē cuſtodit genitoriſ· Genuit ergo maria
& non genuit· filium dei· Genuit quando exipſa ſecundū
carnem natuſ eſt xp̄ſ· Nongenuit· quando depatre ſine
initio extitit filiuſ· Genuit· quando exhac uerbum caro
proceſſit uthabitaret innobiſ· Non genuit· quando inp̄ncipio
erat dſ uerbum quod originem preſtitit uniuerſiſ· Nolite
ergo partu uirginiſ determinare originem dei uerbi nolite
deuirgine genitum corpuſ coaeternum dicere deitati· quia
mediator dei & hominum homo xp̄ſ ih̄ſ prima natiuitate
coaeternuſ eſt patri· ſecunda particepſ temporiſ nr̄i· In illa
auctor temporiſ· in iſta particepſ eſt aetatiſ· F

Quoniam demyſterio mediatoriſ p̄ſpicua ratione· & ad
credendum cuiuſ ſufficiciente tractaſti· idcirco queſo ut mī

quid etiam deanima xp̄i sentiendum sit· iubeas explicari; Ita
enim amaioribus nr̄is semp̄ est traditum quod xp̄i corpus
aduicem animae communis ipsius filii dei habitus animaret.
nec accessione uitalis sp̄s̄ indigens fuerit· cui inhabitans
fons uitae potuit conferre quod uixit; A

Possemus quidem id quod inhac questione catholicae auctori
tatis definitione prescribitur· diuinorū uoluminum testimoniis
edocere; Sed quia nunc non librorū inditio· sed sola ratione
placuit cuncta discutere· idcirco inaliud tempus scripturarum mo
nimenta seruantes· sicut supius factum est sic etiam deanimae
inquisitione tractabimus· Quod utfieri facilius possit quę saluatori
nr̄o suscipiendi hominis causa fuerit· una tantum apostoli lectione
subiecta· breuiter inquiramus· Qua inuenta sine aliqua difficul
tate· etiam adhec quae huic precedentis sunt consecuta transibimus·
Abinitio igitur excorpore etanima d̄s hominem fecit· Qui legis
precepta transgressus post usurpationem inlicitae arboris· sententiā
quodam modo penę capitalis excepit· Hic adeum statum aquo
lapsus est· non nisi auctoris sui gratia reformatus· Post liminii
quodam modo iure potuit remeare· sicut qui se deexcelso in
preceps uoluntate remiserit· In sua quidem habuit potestate
quod fecit· sed iam suo arbitrio certum est non subiacere qđ
cadit· Surgit itaq; alieno· qui cecidit proprio· Nec ideo non suo
dicendus est cecidisse qui alieno noscitur resurgere· Nec propterea
suo surrexisse· quia non alieno certum cecidisse· Sed dehoc alias·
Nunc adpropositum redeamus· Dicit ergo uenerabilis paulus·
quoniā idcirco secđm carnem natus est xp̄s· utsicut p̄mum
hominem peccatum inhunc mundum intrauit· etpeccatum
mors· etsequentia usq; adlocum ubi ait· sic et p̄ unius oboeditionē·

iusti constituuntur multi. Venit ergo xp̄s saluū facere quod
perierat. Prius ergo uideamus quid illud est quod proto plasti
trangressione perierit; Et ex hoc facile scire poterimus quid
dn̄s ueniendo saluare potuerit; Requirendum igitur nobis est.
quisnam legem creatoris acceperit. Ille enim sine dubio peccauit.
qui precepta contempsit; Ille precepta contempsit. qui quod
prohibebatur admisit. Dicit autem scriptura. Precepit dn̄s
adae dicens. Ab omni ligno quod est in paradyso manducabitis.
de ligno autem scientiae boni et mali non manducabitis.
Qua die autē manducaueritis. morte moriemini. Quaeram
ergo nunc utrum hanc legem totus homo acceperit. Si enim
ut in libro geneseos continetur ex corpore et anima iā p̄fectus
accepit. totus transgrediendo peccauit. Et si totus transgrediendo
peccauit. totus peccati sui uitio h̄unc perit; Si autē totus
perit. totus beneficio saluatoris indiguit; Et si totus b̄ficio
saluatoris indiguit. totum xp̄s ueniendo saluauit. Et si
sed corp̄s et animā
totum ueniendo saluauit. non corpus aut animam, q̄bus
constat totus homo et quibus peccasse antea uidetur assūpsit.
Nam si toto homine peccante solam huius carnem xp̄s adsūpsit.
anima p̄ene primę illius transgressionis sine aliqua spe et
iam nunc addicta p̄mansit. Quod si ita est. nescio quid nob̄
mediatoris p̄sona contulerit. quae melius nostrum ex toto
non redimens. brutam p̄se carnem et quae sine anima nec
beneficium quidem eius posset sentire suscepit. Vellē tamē
ab eius modi predicatoribus querere. quur accepta carne
animam dispensatio mediatoris omiserit. nisi forte aut
innoxiam sciens medicinae indigentē ēē non credidit.
aut a se alienā putans redemptionis beneficio n̄ donarit.

aut extoto inſanabilem· iudicanſ curare nequiuerit· Aut ut
uilem &quae nulliſ uſibuſ apta uideretur abiecerit· horum
duo inipſum totiuſ hominiſ creatorem blaſphemi ſpirituſ
incredulitate deſipiunt· Nam primo impoſsibilem· ſecundo
non omniū auctorem crediderunt· Quomodo enim docetur
omp̄ſ ſi curare non potuerit deſpatam· aut quomodo omnium
deuſ· ſi non ipſe fecit animam nr̄am· duobuſ uero aliiſ· uno
animae cauſa neſcitur· altero meritum non metitur; An
intellegere cauſam putanduſ eſt animę qui eam adaccipiendā
legem habitu inſitae rationiſ inſtructam apeccato uoluntarię
tranſgreſsioniſ nititur ſeparare· aut quomodo eiuſ generoſitatē
nouit· qui ignobilitatiſ uitio dicit ēē· deſpectam· prelata
carne quam non flatu dei ſicut animam· ſed delimo tr̄ae
conſtat ēē· plaſmatam· Si autem nihil horum deanima
recte ſentitur· credamuſ quia ſuſcepit redemptor nr̄ hominē
totum· ne intercidere quodam modo animae nr̄ae uideam̄
hominē ſempiternum· Prodolor carnem inquit ſolam xp̄ſ
adſumpſit· animam non queſiuit· hic ſi originem utriuſq;
gnaruſ rerum contemplator attendaſ· pretioſior eſt animę
ſubſtantia; Si trangreſsioniſ culpam· propter intelligentiam
peior eſt cauſa· Ego aūt xp̄m &pfectam ſapientiam ſcio· &
piiſsimum ēē· non dubito· Quorum primo meliorē &pru
dentiae capacem non deſpexit· ſcd̄o eam quae magiſ fuerat
uulnerata ſuſcepit· Neq; enim aut ſapientiae conuenit de
duobuſ aeque ſuiſ inſipientiſsimā pluſ amare· aut perfectae
pietati magiſ indigenti non ſubuenisse· ſ F

Omnia quidem quae ate non rationabilit̄ tantū ſed etiā
ueraciter dicta ſunt· &intellexiſſe inprecedentibuſ fateor·

&probaſſe non nego· Xp̄i aut̄ diuinitaſ quo pacto mortē ſenſiſſe
dicatur ignoro· dequo utrū obſcure aliquid dixeriſ· an ego
ſufficienter dicta· ingenii tarditate adſequi non potuerim·
neſcio· Neq; enim credere auſim quod fonſ ille uitae aquo habent
uniuerſa quod uiuunt· ꝑtriduū quo inſepulchro corpuſ
iacuit uſque eo naturae ſuae proprietate deciderit· ut ſi dici
faſ eſt ſepultiſ ſenſibuſ omnem motum ſubſtantiae uitaliſ
amitteret· & propter redemptionē humani generiſ non prēm
tantum ſed & omniſ ſpiritaliſ gloriae ornam̄ta deſereret;
Abſit abſit afidelibuſ iſta ſuſpitio· utſic xp̄ſ ſenſerit mortē
nrām· utquantū inſe eſt uita ꝑderet uitam· Nam ſi hoc ita
eſſet quomodo illo triduo potuiſſe dicimuſ aliquid uiuere
ſi uitae fontem credimuſ aruiſſe· Senſit igitur mortem
diuinitaſ xp̄i participatione humani affectuſ quem ſponte
ſuſceperat· non naturae ſuae potentiam ꝑdidit ꝑquam
cuncta uiuificat· Sic inſepulchro carnē ſuam cōmoriendo
non deſeruit· ſicut inutero uirginiſ connaſcendo formauit·
Etſic inutroq; & naſci & mori non coactuſ abaltero ſed ſponte
dn̄ſ uoluit· uthoc eum conſtet pertuliſſe; quod fecit· Nec
ideo non patientem quia ipſe faciebat· nec ideo n̄ facientē
quia alioſ tolerabat· Nam ſi dominicae incarnationiſ
myſterium ſalua indiuiduae trinitatiſ cooperatione
conſidereſ· idem ſibi inhac humilitate auctor & opuſ eſt·
Idem auctor quia ſponte naſcitur· ſponte patitur· Idē opuſ·
quia utrumq; licet non alio cogente· ſoluſ tamen ipſe
ꝑpetitur· Fecit carnem inutero matriſ· habeſ auctorem
operiſ· Ipſe inhac naſci dignatuſ eſt· habeſ opuſ auctoriſ·
Una tamen ꝑſona eſt ſalua utriuſq; proprietate ſubſtantię·

& auctoris & opis. Sic ergo mortuus est non discedente uita. sicut
passus est non pereunte patientia. Nemo aufert animam eius ab eo.
quia potestatem habet ponendi & potestatem adsumendi eam.
Habes etiam hic auctorem opis. Ponit animam pro amicis suis.
habes opus auctoris. Quod ut generali definitione concludam.
quotiens in carne xps aliquid patitur. opus auctoris est. Sed quia
ipsum sua potestate non alio cogente perpetitur. ipse auctor est
opis. Non ergo ad mariam locali motu diuinitas uenit. sed ineffabili
potentiae suae manifestatione. in uterum matris gignendus im
pleuit. & quod totum est. substantiae suae plenitudine non priuauit.
Non dimisit patrem. cum uenit ad uirginem. Ubique totus.
ubique perfectus. Quia nec diuisionem incorporei simplicitas recipit.
& partis nomen plenitudo non nouit. Erat ergo uno atque eodem
tempore. totus etiam in inferno. totus in caelo. Illic patiens iniuriam
carnis. hic non relinquens gloriam deitatis. Erat apud inferos
resurrectio mortuorum. erat super caelos uita uiuentium. Vere
mortuus uere uiuus. in quo & mortem susceptio mortalitatis
excepit. & uitam diuinitas seruata non perdidit. Quotienscumque
ergo haec quae in xpo humiliter sunt tolerata consideras. ipsum
auctorem uoluntariae passionis agnosce. Ita fiet. ut dum humilitas
patienti. facienti uirtus adscribitur. idem xps uno atque
eodem tempore cum patitur infirmus. cum facit omnipotens doceatur.
Sed ne adhuc in morte filii dei aliquam insensibilitatem nos
credatis accipere. importunum non est quae de morte sensa sint
uestigare. In qua sine dubio destitutum corpus uita animam m̄ām
non perimit. dum discedens anima non uitam suam perdit. sed quod
uiuificauerat hoc dimittit. & quantum in se est. alterius mortem
facit. ipsa non recipit. Facit in qua non uiuificando quod



deſerit· non amittendo quod uiuit· Itaq; omſ mors· nihil aliud
quā carniſ occaſuſ eſt· A qua cum uiſ potentię uiuificantiſ abſceſ
ſerit· interram deaqua ſumpta eſt amiſſiſ quoſ non perſe ipſā
habuit ſenſibuſ redit· Atqui contraria inquiſ uitæ morſ eſt·
fateor· ſed non exeo genere contrarium quæ exiſtentiſ ſubſtantię
oppoſitione ſe p̄imunt· ſed exeorum potiuſ quæ dum cuilibet
accidunt· ſimul quidem eſſe non poſſunt· ſed uniuſ tantum
ſubſtantiae habitu ac priuatione gignuntur· Sicut uerbi grā·
noctem docemuſ &diem· Nam & hęc eiuſdem generiſ docentur
eſſe contraria· cum non utriuſq; ſed uniuſ tantum uideatur· eſſe
ſubſtantia· Ecce enim dicimuſ diem eſſe cum ſol eſt ſup̄ terram·
ſolem autem conſtat eſſe ſubſtantiam· Hic pacto diurni tēporiſ
curſu abhumani uiſuſ contemplatione diſceſſerit· noctem
diſcedendo mox facit· facit inquam ſubtrahendo copiā luminiſ·
non inſe recipiendo ſubſtantiam noctiſ· Itaq; una lucis ſubſ-
ſtantia· noctem facere uideatur &diē· & non uno modo·
Nam diem cum uenit· noctem efficit cum recedit· Vnde &
manicheorum non inreligioſam tantum· uerum &iā ſtultam
diuiſionem qua bona amaliſ æque extantibuſ nituntur
ſeparare ſubſtantiiſ plerumq; confundimuſ· oſtendenteſ eiſ
luminare maiuſ quo fieri nouimuſ diem· & cogenteſ· ut& ipſi
ſimiliter noſ docerent· quod eſſet ſi dictu faſ eſt tenebraſ maiuſ
quo ſubſtantialiter fieri crederemuſ &noctem· Sed dehiſ aliaſ·
qui p̄ſtultitiā blaſphemi dogmatiſ aut pro extantib; non
extantia· aut proprincipalibuſ conſecuta· aut procontrariiſ
uidentur affirmare communia· Quæ ſiquiſ fidei oculiſ non
priuatuſ excuſſerit omſ eoꝝ machinaſ facili ratione
confundit· Ergo utdicere coeperamuſ anima non aliter

quam ſol uitam tribuit carni cum uenerit· mortem efficit cum
recedit· Quam nequiſ putet corporiſ morte conſumi· audiat quid
dehoc dominuſ ineuangl̄iſ generali auctoritate definiat· Nolite
inquit timere eoſ qui corpuſ occidunt· animam aut̄ n̄ poſſunt
occidere· ſed timete eum potiuſ qui animā & corpuſ poteſt
occidere ingehenna igniſ· Si ergo ſupſtite anima corpuſ c̄ſtat
occidi· & propterea conſequenſ neceſſario non eſt animaſ
corporum interitione conſumi· hoc ſi ita eſt etiam poſt mortē
corporiſ· nihilominuſ mentibuſ uiuitur· Quod ſi deuno q̄q;
nr̄m recte ſentitur· quomodo fonſ uitæ propt̄ participationē
humanę mortiſ uiuificandi potentiam ꝑdidiſſe iactatur·
Sed poteſ inquiſ anima & corpuſ occidi· ingehenna igniſ·
Quod aduerſum noſ primum idcirco non facit· quia morſ
iſta non conditioniſ uidetur eſſe ſed criminiſ· Nā remota
culpa· iubemur homineſ non timere qui poſſunt corpuſ·
animam tamen negantur occidere· Dehinc quoniā hoc tantū
dicitur eſſe poſſibile deo· filium ſuū unigenitū & cōmunione
naturę & aequalitate potentiae· non hoc credimuſ meruiſſe·
Suſcepit ergo ſaluator conditionē mortiſ nr̄æ· ſed non ita
ut deteriorem faceret cum pret̄ conſuetudinē dominari eam
ꝑmittebat animæ· ſed potiuſ ut nihil hanc obeſſe animae
pariter iuſtorum omnium probaſſet & uitæ· Sed fingamuſ
licet euangelijſ reclamantibuſ animaſ interire· Nonne
inſaluatore nr̄o licet inhiſ mortem non repellentem· tertiū
tamen atq; ſpeciale maieſtaſ eſt quam non potuit morſ
humana contingere· Adſummā uideamuſ incruce poſit̄·
quid promiſit· hodie inquit mecum eriſ inparadiſo; hodie
inquit· non poſt triduū cum carnē meā deſepulchro

resuscitauero: non cum in me primitias futurae resurrectionis
ostendero; Cuius putamus haec uox est: maiestatis mentis an
corporis? Corpus autem in speleo fuisse: nullus ignorat.
Restat ut diuinitati uel menti uox ista conueniat. Sed
dicit aliquis: diuinitatis hanc: non animae xp̄i credim̄ uocē.
Et quid in eo cui promittebatur accipimus? Hodie inquit
latroni mecū eris in paradiso. Cuius corpus quia ad futuram
resurrectionē mors cōmunis inclusit: anima igitur est
cui dn̄s hoc promisit & praestitit. Si igitur mortuo corpore
ad paradysum anima mox uocatur: quęquāne adhuc
impium credimus qui dicere audeat qm̄ anima saluatoris
nr̄i triduo illo corporeae mortis apud inferos custodię
manciparetur? & quis inquis est alius qui instante passione
xp̄i ingemuit dicens: tristris est anima mea usq; ad mortē?
tristis usq; ad mortē ꝑpter affectum susceptae carnis: non post
mortem cum beatitudinem spondet societas deitatis. Non
initium moeroris mors ista: sed finis est. Nec incipiunt
post hanc iustoꝝ flagella sed desinunt: cum & impedimenta
materiae fluctuantis exponunt: & auctorē suū intellegentia
pleniore iam capiunt. Ergo inquis mortem dei filius &
in anima non ꝑtulit & in maiestate non sensit? Quid ergo
dicebas esse quod ꝑtulit? Sensit prorsus & ꝑtulit sed partici
patione morbi alieni: non proprietate uulneris sui. Sensit
sicut om̄s sentiunt qui moriente carne mentibus uiuunt:
non sicut impii qui mutatq; sicut idem ait gehennę ignib;
occiduntur. Quidā sane cōmunē mortē & iā hoc pacto
definiunt: dicentes nihil aliud hanc eē. quā cum diuersa
rum rerum consensu uitam facientiū: uelut perdiscidium

urm in ſcificationem : finem u
uitam eternam. Stipendia eni
peccati : morſ. Gratia autem
dei : uita eterna : in xp̄o ihu
domino nr̄o. Beata genſ cui
eſt dominuſ deuſ eorum. popl̄ſ quem ele
git dominuſ in hereditatē ſibi. Verbo
domini celi firmati ſunt. et ſpiritu oriſ ei
omniſ uirtuſ eorum. Alleluia. Te decet
hymnuſ deuſ in ſyon et tibi reddetur uo
tum in ihrlm.
In illo tp̄r : Cum turba mul
ta eēt cum ihu. nec haberet qđ
manducarent : conuocatiſ diſ
cipliſ. ait illiſ. Miſereor ſup tur
bam : quia ecce iam triduo
ſuſtinent me. nec hābent qđ
manducent. Et ſi dimiſero
eoſ ieiunoſ in domum ſuam :
deficient in uia. Quidam eni
ex eiſ : de longe uenerunt. Et
reſponderunt ei diſcipli ſui.
Unde iſtoſ poterit quiſ hic ſa
turare panibuſ in ſolitudine ?
Et interrogauit eoſ. Quot
paneſ habetiſ ? Qui dixerunt.
Septem. Et precepit turbe
diſcūbere ſupra terram. Et ac
cipienſ ſeptem paneſ : grāſ a
genſ. fregit. et dabat diſcipliſ
ſuiſ. ut apponerent. Et appoſu
erunt turbe. Et habebant piſ
ciculoſ paucoſ. Et ipſe benedix :
et iuſſit apponi. Et manducaue
runt. et ſaturati ſunt. Et ſuſtu
lerunt qđ ſupauerat de fragmen
tiſ : ſeptem ſportaſ. Erant autē
qui manducauerunt : quaſi
quattuor milia. Et dimiſit eoſ.
Sicut in holocauſtum arietum
et taurorū et in milibuſ agnoꝝ pinguiū
ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu
tuo hodie ut placeat tibi quia non eſt con
fuſio confidentibuſ in te domine.
Propiciare dn̄e
ſupplicationibuſ nr̄iſ. et
haſ p̄pli tui oblationeſ benignuſ
aſſume : ut et nulluſ ſit irritū
uotum. et nulluſ uacua poſtu
latio. pr̄a ut quod fideliter peti
muſ. efficaciter conſequamur. p.
Inclina aurem tuam accelera ut
eruaſ me.
Repleti ſumuſ dn̄e mune
ribuſ tuiſ : tribue qſ :
ut eorum et mundemur effec
tu : et muniamur auxilio. p.
Fr̄s : Scimuſ qm̄ cū
adhuc peccatoreſ eſſemuſ :
xp̄c pro nobiſ mortuuſ eſt. Mul
to igitur magiſ iuſtificati nunc
in ſanguine ipſiuſ : ſalui erim⁹
ab ira p ipſum. Si enim cū ini
mici eſſemuſ. reconciliati ſum⁹
deo p mortē filii eiuſ : multo ma

Lemaire
f. 93 Lemaire

gis reconciliati . salui erimus in uita ipsius . Non solum autē . sed et gl̄amur in deo . p dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m .

In illo tp̄r . [illegible]scendit ih̄c in nauiculam . et uenit in fines magedan . Et accesserunt ad eum pharisei . et [illegible] temptantes . et rogauer̄ eum . ut signū ostenderet [illegible] de ce lo . At ille respondens ait eis . Facto uespe . dicitis serenū erit . Rubicundū [illegible] celū . Et mane . hodie tempestas . Rutilat enim triste celū . Faciem ergo celi diiudicare nostis . sig na autē tempor[illegible] non potestis . Generatio mala et adultera signum querit . et signum non dabitur ei nisi signū io ne . Et relictis illis [illegible] cū uenissent discipuli eius trans fretum . obliti sunt panes ac cipere . [illegible] dixit [illegible] Intuemi ni . et cauete a fermento pha riseorū . et sadduceorū . At il li cogitabant [illegible] dicen tes . quia panes non accepimus . Sciens autē ih̄c dixit [illegible] cogitatis int̄ uos [illegible] fidei . quia panes non h[illegible] . Non dum intellegitis . neq; recordami ni . quinq; panum . et quinq; milia hominum . et quot cophinos sumpsistis . neq; septē panum . et quattuor milia hominū . et quot sportas sumpsistis . Quare non intellegitis . quia non de pane di xi uobis . cauete a fermento pha riseorū et sadduceorū . Tunc in tellexerunt quia non dixerit cauendū a fermento panū . sed a doctrina phariseorū et sadduce orum .

Rs . [illegible]escitis quoniā cui exhibuistis uos ser uos ad obediendū . serui estis cui obedistis . siue peccati ad mortem . siue obedit̄onis ad ius titiam . Gratias autē [illegible] quod fuistis serui peccati . obe distis autē ex corde in eam formā doctrinę in qua tra diti estis . Liberati autē a pec cato . serui facti estis iustitie . In xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o .

[illegible] tp̄r [illegible] cum cognouisset ih̄c . quia [illegible]tu ri erant ut raperent eū et face rent eū regem . fugit iterū in montem ipse solus . Ut autē sero factū est . descenderunt discipuli eius ad mare . Et cū ascendissent nauē . [illegible] trans mare in capharnaū [illegible]

£10.15s

De Qvatvor Virtvtibvs.

St. Avgvstin.